

INDEX

pro Circularibus a. 1899.

	pag.
„A Katholikus Család“	17
„A nazarethi szent Család“	17
Absolutio a casibus Rom. Pontifici reservatis	86
Absolvendi facultas a quibusdam casibus reservatis	14
Ábrahám Stephanus	149, 249
Ács Joannes	19
Ajánlatok a pécsegyhármegyei Vörös Kereszti fiókegyletnek	243
Alagics Joannes	116
Altaris Sodalitas dioecesana	42
Ambach Michael	207
Americanismo, de — Litterae Apostolicae	49
Amplificatur Cultus SS. Cordis	155
Andrin Gregorius	70
Annus iubilaris	101, 229, 232, 139
Apar	141, 148
Arányi Victor	132
Aschenbrenner Julius	19
Auerbach (Ladislaus) Joseph	36
Augmentum fundi pensionalis	244
Aulik David	149, 219
„Az apostoli lelkipásztor“	17
B abócsay Paulus	15
Bakonya	170
Balfii munkás penzionatus	219
Balits A.: „Jézus Kr., isteni Megváltónk élete“	64

Catechesis in filialibus	4
Catechesis status recensio	162
Catholica Scientiarum Universitas	173
Čepin	6
Clerici in seminarium suscepti	131
Concursus in seminarium	90
Conferentia de reformatione instituti pens.	21
Confirmationis s. ordo	63, 71, 162
Congrua	59

	pag.		pag.
Consecratio totius orbis SSmo			
Cordi Jesu	243		
Cordis SS. Jesu Litaniae	67, 81		
Cordis SS. Jesu cultus amplificatur	155		
Cramer-Szanyi: Az apostoli lelkí-			
pásztor	17		
Cselenkó Joannes	19, 207		
Csézik Joseph	43		
Csicsáki J.: „Imádkozzunk“	64		
Csizmadia Aloysius	132		
Cultus SS. Cordis amplificatur	155		
Czapáry Joannes	31		
Czikó	47, 127		
Cziráky Joannis vidua defuncta	106		
Data matricularia	45		
Data statistica	5		
Decretum de lingua slavica in			
liturgia	84		
Decretum S. R. C. de missa			
exequiali lecta	178		
Deutschbauer Joseph	132		
Diós-Berény	245		
Dispensatio in lege ieiunii	13		
Dobszay Antonius	35		
Docentum pensio	61		
Docentum subsidium a statu	62		
Domicilium et quasi domicilium	133		
Döbrössy Aloysius	36		
Döntvény a ministeri jelöléstől			
függő egyházi javak betölté-			
sénél fizetendő illetékre nézve	106		
Dráva-Szt.-Márton	126, 146		
Dubia circa adscriptionem et im-			
positionem scapularium	212		
Dujmovits Sigismundus	6		
Egyházbér-Bodolya	64		
Elemi népiskolák szorgalmi ideje és			
nagyszünete	201		
Episcoporum Hungariae Litterae			
Pastorales communes	223		
Epölyi: Sz. Mária lelkének gyü-			
mölcsei	199		
Épitkezés a püspöki szabad ado-			
mányozás és kegyuraság alá tar-			
tozó javadalmaknál	143		
Erős Carolus	36, 149		
Erzsébet királyné halálának év-			
fordulója	151		
Esküdtbirósági szolgálat alól való			
mentesség	217		
Evetovics Antonius	149		
Examen prosynodale	165, 207		
Exequialis missa lecta loco can-			
tatae	178		
Exercitia s. pro clero	105, 157		
Exercitia s. pro docentibus	105, 161		
Extractus matricarum civil. pro usu			
eccles. non adhib	106		
Facultas a quibusdam casibus re-			
servatis absolvendi	14, 86		
Facultatum suspensio	229		
Fájth Ludovicus	7 ^o , 132, 219		
Fehér Franciscus	248, 249		
Feked	140, 171		
Felinger Julius	148, 245		
Felső-Iregyh	130, 147		
Felső-Nyék	140		
Filialium catechesis	3		
Földes Desiderius	153, 172		
Frántich Augustinus	65		
Frey Joannes	149		
Fundus instituti pensionalis	31, 244		
Fülöpp Georgius	47		
Fülöp Stephanus	7		
Gabel Georgius	132		
Gadó Alexander	116, 149, 171		

pag.		pag	
Gergelics József: Elemi iskolai olvasókönyvek	164	Indulgentiae iubilaei conceduntur quibusdam	232
Gombárovics Pancratius	6	Indulgentiae iubilaei domi lucrandaे	239
Gödre	248	Indulgentiae mille vel plur. annor. revocantur	87
Görcsöny	35, 138, 145	Indulgentiarum Rosarii Marianii index	181
Götz Alexander	48, 91	Indulgentiarum suspensio	229
Gratulatio Summo Pontifici	1	Indulta Sedis Apostolicae in lege dieiunii	209
Grábócz	128	Institutum pensionale em. sac. dioec.	21, 31
Gudler Paulus	79	Inventaria bonorum paroch.	35
Gyümölcsény	114	Iskolai mulasztások ügyében hozott közig. bizottsági határozat	245
H aiczl Kálmán dr.: Páduai Sz. Antal	199	Iskolás gyermekek isteni tiszteletre elvezetendők	138
Hangyál Michael	36	Iter Romanum Praesulis	242
Hanuy Franciscus	171, 249	Iteratio Consecrationis totius orbis SSmo Cordi	243
Harcz	89	J akab Adalbertus	153, 207
Heckenberger Conradus	149	Jeiunium	13, 209
Hegyessy Ladislaus	36	Jeiunium quadragesimale	9
Heindl Guilielmus	36, 91, 132, 207	„Jézus Krisztus isteni Megváltónk élete“	64
Herczeg-Szöllös	198	Józics Joseph	36, 116
Holndonner Franciscus	65	Jubilaris annus	101, 229, 232, 139
Homagium S. Salvatori vertente saeculo	221	Juramentum de statu libero	136
Horváth Dionysius	65	K ain Abel	153
Horváth-Hertelend	5	Kakasd	47
Horváth Joannes (Paschalis)	7	Kath. Néptanítói egyletek felkarolására való felhívás	119
Horváth Michael	149	Katschthaler: „Kath. ágazatos hittan“	115
Hradek Carolus	171	Kánya	113
Huttkay: A nő társadalmunkban és az örök ember	141		
I gaz Adalbertus	249		
Illeték a kormány jelölésétől függő egyházi javak betöltésénél	106		
Illocska	113		
„Imádkozzunk“	64		
Impositio et adscriptio scapularium	212		
Indictio anni jubilaris	101		

pag.	pag.		
Kézikönyv az elpusztult szőlők visszaállításáról	33	Liebelt Franciseus	7
Kisfalud	5, 47, 115	Lingua slavica in liturgia	84
Kiss Ludovicus	117	Litaniae SS. Cordis Jesu	67, 81
Kiss Stephanus	142	Litterae Apostolicae de Americanismo	49
Kis-Székely	70, 128, 198	Litterae Encyclicae de hominibus SS. Cordi Jesu devovendis	93
Kiss Rudolphus	249	Litterae Nunciaturae de missionibus	213
Koch Eduardus	132	Litterae Pastorales Episcoporum Hungariae	223
Koch Julius	63	Loncsár Joseph	6
Kollár Joseph	6	Löcs	116
Komló	179, 206	Lövárdy Aloysius: „A Kath. Család“ „A nazareti sz Család“	17
Komócsy Stephanus	117, 172	M agyár-Hertelend	247
Kontor: „Mária Dalok“	247	Magyar-Szék	126
Kopári Julius	7	Manger Emericus	172, 199
Korona értékben számítandó a pénznem	245	Mandatum Quadragesimale	13
Kozári Julius	6	Markovics Paulus	89
Kövesd (Baranya)	112, 130	Maršo Eduardus	31
Közigazgatási bizottsági határozat iskolai mulasztások ügyében	245	Martonfa	197
Központi statistikai hivatal kiadványai	34	Mária-Gyűd	248
Kulcsár Joannes	47	Masson Leopoldus	117, 149
L ackenbacher stipendium	32, 110, 111, 162	Matricarum civil. extractus pro usu eccl. non adhib.	106
Lajos Julius	153	Matricularia data	45
Lancsuk	43	Ministeri körrendelet az elemi iskolák szorgalmi idejéről és nagyszünetéről	201
Lapurd. peregrinatio	46	Ministeri körrendelet az 5. és 6. elemi népiskolai év és ismétlő isk. megtartásáról	88
Lauš Michael	116	Ministeri rendelet a serdülő vakok elemi oktatásáról	202
Lechner Joannes	35	Ministeriales ordines ad praecavendum tuberculosim	59
Legényegyletek országos szövetsége ajánlatik	203	Missa exequialis lecta loco cantata	178
Lekics Antonius (Dominicus)	7		
Lelkigyakorlatok a tanítók számára	105, 161		
„Lélekmentő“	17		
Lengyel	148		
Leopoldinae societatis relatio	199		
Lichtfusz Ferdinandus	6, 80		

	pag.
Missam media nocte labentis et adventuri anni die 31. Decembris celebrare conceditur	236
Missiones populares	213, 225
Missionum symbola	4
Miszla	170
Monostor	63, 112
Muesi	115
Munkás penzionatus Balfiban	219
Müller Ludovicus	132
Nagy-Budmér	129, 148
Nagy-Konda	146
Nagy-Nyárád	16
Nagy-Vejke	18
Nagy szünet és szorgalom idő az elemi iskolákban	201
Nádasd	91
Nemes Antonius	142
Német-Egregy	115
Német-Keér	141
Német-Ürögh	31
Németh Joannes	70
Neumayer Desiderius	6, 116
Nunciatura Apostolica de missionum societate dioecesana	213
Ó-Dombóvár	147
Obadich Franciscus	15
Oboli Petri	4, 70, 176
Offenmüller Sigismundus	19
Officium statisticum centrale	5, 34
Okorvölgy	218
Ordinibus initiati	63, 153, 248
Ordines ministeriales ad praecav. tuberculosim	59
Ordo confirmationis s.	63, 71, 162
Organum et praefatio	86
Orientalis seminarium	3, 43

	pag.
Orsz. kath. tanítói segélyalap ügyben felhívás	90, 119
Orsz. kath. tanítói segélyalap vagyoni állapotáról számadás	122
Orsz. kath. tanítói segélyalap bizottságának jegyzökönyve	165
Orsz. kath. tanítói segélyalapotagdíjai dijai felemeltetik	216
„Örök imádás templom“-ra gyűjtés	195
„Örök imádás templom“ vidéki bázottságainak szervezése	108
Ozora	139
P aári	140
Palatincza	127, 171
Palé	114
Palkó Joseph	7
Palkó Stephanus	7
Pallanik: „Handbüchlein des lebendigen Rosenkranz-Vereins“	164
Palócz Joannes	7, 36, 219
Pastorales Litterae Episcoporum Hungariae	223
Pataki Antonius	6
Patroni in sede scholari	62
Paulay Franciscus	207, 249
Pellérd	145
Pensionale institutum sac. em.	21, 51
Pensionalis fundus	31, 244
Pensio docentum	61
Peregrinatio Lapurd.	46
„Pécsi Közlöny“ hivatalos tanügyilap	245
Pfisterer Emilius	31
Péhm Christophorus	6, 48, 116
Phylirae ad praecav. tuberculosim dimittuntur	162
Phylirae ad exhibendum statum catechesis	90, 162

pag.	pag.		
Philoxera által elpusztult szőlök megújítását célzó kézikönyv	33	Rózsafa	35
Pócsa	197	Rösler Franciscus	7, 80, 117
Polgár Joannes	7, 219	Rudolf Mathias	216
Praefatio et organum	86	Sajt Stephanus	199
Protocollum conferentiae de refor- matione instituti pensionalis em. sac. dioec.	21	Scapularium adscriptio et impositio	212
Programma peregrinationis Lapurd.	46	Schmidt Adalbertus	180
Püspök-Lak	127, 145, 197	Schultz Imre tankönyveinek aján- lása	164
Püspöki javadalmaknál fogatossi- tandó építkezések	143	Schunk Franciscus	19
Quadragesimale ieunium	9	Scientiarum Universitas catholica	173
Quadragesimale mandatum	13	Sedes scholaris et patroni	62
Rácz-Töttös	113	Seminarium Orientale	3, 43
Rajczy Joannes	80, 116	Serdülő vakok elemi oktatása	202
Rationes societatis de Immaculata Conceptione	132	Siklós	131
Rathmann Andreas	219	Simon Péter: „Király és Haza“	152
Rausz Aloysius	63, 80	Simontornya	146
Razgha Ludovicus	91	Slavica lingua in liturgia	84
Recensio conspectuum de statu catechesis	162	Societas de Immaculata conceptione rationes	132
Recensio thesium docentum	61	Societas Leopoldinae relatio	199
Recensio thesium e iure canonico	43	Sodalitas Adorationis reparatricis SSmi Sacramenti Altaris	37
Recensio thesium e dogmatica	178	Sodalitas Altaris dioecesana	42
Recursus pro pensione docentum	61	Solemnitates extraordinariae anni iubilaris	226
Reformatio instituti pensionalis	21	Solemnitates inclinante anno	236
Regöly	18, 128	Somberek	115, 204
Reiner Franciscus	36	Somogy-Szt.-László	130
Relatio Societatis Leopoldinae	199	Statistica data	5
„Religio“	4	Statistikai Központi Hivatal	34
Rézbányay Joseph	65	Streicher József: „Leiki Vezér“ és „Der Schutz-engel“	206
Romanum iter Praesulís	242	Subsidium status pro docentibus	62
Rosarii Mariani indulgentiarum	19	Suscepti in seminarium	131
index	181	Suspensio indulgentiarum et facul- tatum durante anno iubilari	229
		Symbolae pro missionibus Afric.	4

	pag.
Szabályrendelet a püsp. javadalmak-	
nál foganatosítandó építkezések	
tárgyában	143
Szabó Desiderius	149
Szabolcs-Bánya	204
Szakály	147
Szákovich Otto	91
Szalatnák	70
Szálka	127, 147
Számadás az o. k. tanítói segély	
alap vagyonáról	122
Szanyi-Cramer: „Az apostoli lelki-	
pásztor“	17
Szánthó Ignatius	36, 172
Szeifricz Stephanus	35
„Szent Család Kis Követe“	17
Szent-Gál	205
Szent-István	140, 170
Szent-Iván	205
Szent-Katalin	218
Szeregy Joseph	18, 35
Szommer Julius	80
Szopok	180, 218
Szorgalmi idő és nagy szünet az	
elemi népiskolákban	201
Sztára	146, 204
 T akács Michael	7
Tanítói orsz. kath. segélyalap	
90, 119, 122, 165, 216	
Tanítói pályázatok hirdetése . . .	5
Tanítók dolgozatának bírálata . .	71
Tanügyi hivatalos lap a „Pécsi	
Közlöny“	245
Tékes	204
 Th eses ex occasione exeuntis	
caec. XIX.	56
Theses theologicae	16, 244
Thesum e theologia dogmatica	
recensio	178
Thesum e iure canonico recensio	
Tichy Alexander	43
Tóth Mike „Lélékmentő“	65
Trinn Joannes	17
Troll fund. pro docentibus	6
Troll fund. pro sacerdotibus	16
Tuberculosis	16
	59, 162
 U niversitas Scientiarum catholica	173
 V akok (serdülő-) elemi oktatása	202
Valdinger Stephanus	171
Valpó	31
Varga Colomannus	7, 172
Varga Franciscus (Petrus)	7, 91
Varga Mihály „Reménységünk“	
247	
Vásnok	79, 129, 152
Vectura pro catechesi in filialibus	
4	
Viljevo	116
Villány	70
Virág Franciscus	17, 18
Vota Praesulis exordio anni	1
Vörös Ferdinandus	48
Vörös Kereszt fiók egyletének tett	
ajánlatok	213
Vörösmarth	179
 W alter Antonius	35, 244
Walter Joseph	65
Wosinszky István munkás penzio-	
nátusa Baffiban	219

	pag.
Wölfel Franciscus	48, 153
Wurster Joseph	35
Zaccaria Antonii Mariae missa et officium	90
Závod	144
Zsivkó Michael	149

Appendix.

Consignatio Obolorum Petri de anno Domini 1898.

Quadragesimade recessum

Azok (százöt) élelmű alkalmi öröklések
Wurster Joseph Szabadkai Semináriumi
Liquitantes Societas de Missionibus
Vásári Conceptione

Lazár Colomanus
Zaccaria Antonius Mihályi
Vass Gyula János (Péter)

Vass Gyula Rómánegeknek
Liquitantes alkalmi öröklések

Urbán István Thesaurus

Turcsányi László Thesaurus

Urbán István Thesaurus

Turcsányi László Thesaurus

Urbán István Thesaurus

Turcsányi László Thesaurus

Urbán István Thesaurus

Urbán István Thesaurus

Consignatio Obolorum Petri de anno 1899.

Consignatio symbolarum Missionis Africanae, templi perpetuae adorations et seminarii orientalis.

Kimutatás a kath. egyetemre felajánlott és 1899. decz. 31-ig befolyt összegekről.

Kimutatás a pécsi egyházmegye Szent-László-Társulat tagjairól s 1899-ben befolyt tagsági dijak és adományokról.

Kimutatás a pécsi egyházmegye Szent-László-Társulat tagjairól s 1899-ben befolyt tagsági dijak és adományokról.

Kimutatás a pécsi egyházmegye Szent-László-Társulat tagjairól s 1899-ben befolyt tagsági dijak és adományokról.

Kimutatás a pécsi egyházmegye Szent-László-Társulat tagjairól s 1899-ben befolyt tagsági dijak és adományokról.

Kimutatás a pécsi egyházmegye Szent-László-Társulat tagjairól s 1899-ben befolyt tagsági dijak és adományokról.

Kimutatás a pécsi egyházmegye Szent-László-Társulat tagjairól s 1899-ben befolyt tagsági dijak és adományokról.

Kimutatás a pécsi egyházmegye Szent-László-Társulat tagjairól s 1899-ben befolyt tagsági dijak és adományokról.

Kimutatás a pécsi egyházmegye Szent-László-Társulat tagjairól s 1899-ben befolyt tagsági dijak és adományokról.

Kimutatás a pécsi egyházmegye Szent-László-Társulat tagjairól s 1899-ben befolyt tagsági dijak és adományokról.

Kimutatás a pécsi egyházmegye Szent-László-Társulat tagjairól s 1899-ben befolyt tagsági dijak és adományokról.

Kimutatás a pécsi egyházmegye Szent-László-Társulat tagjairól s 1899-ben befolyt tagsági dijak és adományokról.

annibusq; antedictis menses minimo intercedit. Ita docimur O. auditorum auctorumque quod
ministrabrum munera credidimus. Et quod in primis annis auctorum nuntiis nuntiis adhuc
ministrat. sed postea omnia auctorum in ministerio credidimus. Quod in primis annis
ministrabrum in ipso anniversario dies nunc annuat. H. I. ac. T. electusq; auctorum
omnis anno. T. ibidem enim auctorum ministerio credidimus. Ministrum enim
seipsum sicut in aliis ministeriis auctorum credidimus. Et in primis annis auctorum
ministrabrum in aliis ministeriis auctorum credidimus. Ita in primis annis auctorum
ministrabrum in aliis ministeriis auctorum credidimus.

I.

86
1899

Ingruentibus Solemnitatibus festorum, natalium nempe SS. Salvatoris et
novi anni, litteras humillimas gratulatorias, meo totiusque Cleri dioecesani ac populi
fidelis nomine, Beatissimo Patri submisi, qui eas benigne excipere, et in suo gra-
tiosissimo responso, hic per extensum subnexo, apostolicam benedictionem nobis
omnibus impertire dignatus est.

Illmo et Rmo Dno Samueli Hetey Episcopo Quinque Ecclesiensi. Illme et
Rme Domine!

Redditae sunt Beatissimo Patri obsequentissimae litterae, quibus Amplitudo
Tua opportunitatem nacta in Nativitatis Domini solemnitate, amantissimis verbis
fausta quaeque Sanctitati Suae adprecabatur atque insimul amoris et obsequii sensus
expromebat, quos una cum clero fidelique populo Tuae pastorali curae concreditis
erga hanc apostolicam Sedem fovet. Haec porro summopore accepta habuit eadem
Sanctitas Sua, cuius nomine et mandato gratias Tibi ago plurimas una simul
significans, Ipsam petitam Apostolicam benedictionem toto cordis affectu impetrari
dignatam esse.

Interea peculiarem observantiam et existimationem Tibi profiteor, qua sum
ex animo Amplitudinis Tuae Romae die 28 Decembris 1898. Addictissimus m. Card.
Rampolla.

87
1899

Ex infinita misericordia Dei, apud quem unus dies, sicut mille anni et
mille anni, sicut unus dies II. Petr. 3. 8. limina novi hujus anni, saeculo quo vivi-
mus ultimi, transgressi sumus. Sacratissimis his diebus, dum festa natalia celebra-
vimus SS. Salvatoris, cujus apparitione dispulsis errorum tenebris mentes hominum
veritatis luce irradiatae, corda virtutum coelestium ardore liquefacta ac toti mundo,
orbe antiquo collapso, via salutis aperta est: diebus his convenit, ut non tantum

SS. Pater
occasione ver-
tentis anni
ad litteras
meas gratula-
torias suam
apostolicam
benedictio-
nem mittit.

Vota praesu-
lis ad Ven.
Clerum exor-
dio anni.

pro innumeris beneficiis Omnipotenti, bonorum omnium largitori debitas rependamus grates, verum etiam fugacitatem vitae humanae ac vanitatem rerum mundanarum considerantes, mitigemus terrena desideria ac discamus amare coelestia. Etenim monente Apostolo I. Cor. VII. 29: Tempus breve est; reliquum est, ut qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur; praeterit enim figura hujus mundi. Teste vero Job 14 1—2: Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet.

Praesentia haec brevi peritura instante novo anno animo revolventes, ne incumbamus vanis et inutilibus rebus, sed omni cura et sollicitudine tempus redimentes, conemur merita in perpetuum mansura aquirere, ut quondam digni habeamur elogio illo libri Sapientiae 4. 13—14: Consummatus in brevi explevit tempora multa. Placita enim erat Deo anima illius.

Igitur exordio hujus anni obsecro Vos VV. Fratres et Filios in Christo Dilectissimos, quorum est neonati SS. Salvatoris genus humanum redimendi opus continuare, ut sedulam geratis curam populi fidelis vobis concredi, ne venenosa principia aevi hujus mentes cordaque eorum invadant, et pascatis eos salutaribus verbis annunciantes in Ecclesiis diebus dominicis et festis, quae ipsis necessaria sunt ad salutem. Vivus est enim — ait S. Apost. ad Hebr. 4. 12. — sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipi, et pertingens usque ad divisionem animae et spiritus.

Praecipuam autem curam impendatis eruditioni et educationi religiosae juventutis scholasticae, ut rudimenta religionis totam vitam christianam moderantia, mature tenellis iuvenum animis instillentur.

Praeterea impense commendo Vobis animarum Curatoribus, ut vertente hoc saeculo, ss. Missionibus ubique asservandis et promovendis operam conferatis. His enim nil utilius, nil efficacius ad vitia inveterata radicitus exstirpanda, ad abusus sufferendos, ad totam christianam vitam innovandam.

Ut autem fideles curis temporalibus expediti eo facilius coelestia appetere possint, muneric vestri esse sciatis, illis adjutrices praebere manus in erigendis ac fovendis consociationibus per totam jam Dioecesim dispersis et destinatis sive ad merces plebi necessarias aequo pretio aquirendas, sive ad alias quoscunque bonum temporale promoventes fines. Quantopere ejusmodi consociationes, praesertim nostris temporibus sint necessariae, vobis, in medio populi versantibus et indigentiarum ejusdem gnaris, explicare superfluum foret.

Pro coronide verbis s. Pauli I. Cor. 15. 58. hortor Vos omnes: Stabiles estote et immobiles, abundantes in opere Domini semper, scientes, quod labor vester non est inanis in Domino. Et Thess. 3. 13: Nolite deficere benefacientes. Nec satis sit vobis bonum aliquo tempore certasse certamen, sed cursus consummandus est; non enim coronatur, nisi qui usque finem legitime certaverit.

88

1898

Illustrissimus ac Reverendissimus D. Joannes de Montel Decanus Consilii a S. Rota doto 8. Decembris a. h. sequentis tenoris litteras ad me direxit.

„Excellentissime ac Reverendissime Domine! Ea est SSmi Dni Nri Leonis XIII. inexplicabilis erga errantes et perituras oves charitas et sollicitudo, ut assiduo urgeatur opus illud perficiendi, quod Ipse jam aliquot annos in bonum Ecclesiarum praesertim Orientis fuit aggressus, et sedulo etiam per me alias commendavit. Neque mirum, Principem Pastorum ab ipso Domino Piscatorem hominum nuncupatum, in animabus hominum captandis assidue incumbere atque Successores Apostolorum, Episcopos nempe, Sibi in hoc perficiendo Adjutores adsciscere.

Itaque hoc item anno Ipse mihi committere dignatus est, ut Episcopos istius Regni Hungariae iterum compellarem ad fideles suae curae concreditos exhortatione valida excitandos et fovendos, quo Orientalium praesertim Ecclesiarum spiritualibus necessitatibus, collata stipe, liberaliter providere sit datum. Hos inter Coptorum natio, quae regiones Aegypti longe lateque incolit, Beatissimo Patri potissimum cordi est, erga quam in praesenti momento oculos et studia convertere non cessat. Ibi enim messis quidem multa, operarii autem pauci, cum nempe magnus sit numerus eorum, qui Catholicae Fidei semina ulro in corde susciperent, modo iis sollicitae agricolarum praesto essent curae. Cui quidem incoepio jam Sanctitas Sua manum admovit, dum miro ausu et ingentibus expensis a fundamentis exstructa Pontificii seminarii fabrica in ea plaga caput erigit. At alumnis inibi instituendis subsidia omnigena sunt comparanda, idque Summus Pontifex, sub hostili adhuc dominatione constitutus, nisi fidelium populorum fuerit ope suffultus, perficere non valet.

Quare mandatis Ejus obtemperans enixius ipse Excellentiam Tuam obtestor, ut fideles Tuae curae commissos hortari non desinas, quatenus pro majori Dei gloria, pro Ecclesiae Catholicae incremento, et salute aeterna proximorum submittant adjumenta. Quam vero pecuniae summam Excellentia Tua collegerit, eam, juxta Summi Pontificis placitum, ad me transmittere faveas, sic ut ipsem et receptam ad Suos pedes deponam.

Iamvero Natalis Dni Nri Jesu Christi cum religiosa Solemnitas immineat, et novus jam annus properet, sine me fausta omnia Excellentiae Tuae Reverendissimae ominari, et a bonorum omnium Largitore Deo effusis precibus exposcere, ut Tibi et Clero et populo Tuo cuncta cedant in bonum.

Interim S. Annulum reverenter osculatus, profunda cum reverentia et pietate me profiteor Excellentiae Tuae Reverendissimae obsequiosissimum et paratissimum famulum Joannem de Montel Decanum Consilii a Sacra Rota. Roma — Via Panico II 85 — Die octava Decembris 1898.“

Nexus harum litterarum cunctos DD. Curatos rogatos esse volo, ut symbolas

Ecclesiarum
Orientalium
indigentis
spiritualibus,
erigendo
stipe fidelium
—seminario, est
succurren-
dum.

pro seminario hocce ad promovendam rem missionis in Oriente erigendo conferre, fideles quoque ex ambone desuper edocendos ad stipem dandam invitare ac conflatam pecuniae summam, ex fisco Ecclesiae ubi fieri poterit, auctam, infra bimestre ad Cancellariam meam mittere velint.

89

1899

Communitates
filiales scholis
provisae pro
vectura cate- Comitatuum Dioecesis meae vice-comites distinctis litteris requisivi. Responsum
chetis suppe- vice-comitis Baranyaensis Comitatus in subnexo pro congruo usu DD. Curatis hisce
ditanda notum reddo:
requirendae sunt.

Nr. 86.667/1898. Illustrissime ac Reverendissime Domine Episcope! Nexus
aestimatissimarum litterarum ddto 15-ae. Novembris a. l. sub nro 4040 ad me
directarum in merito oatechesium in singulis communitatibus ab ipsis animarum
curatoribus, utpote viris hujus maximi ponderis officii peritissimis, asservandarum,
honori mihi duco Illustritati Vestrae reverenter ad notitiam preferendi: cunctorum
in comitatu districtum judices nobilium directioni meae obnoxios provocavi, ut zelo
huic summi momenti fini convenienti sua conamina illuc dirigant, quatenus communi-
tates, in quibus curatores animarum non resident, petente parocho, necessarios currus,
aut saltem expensas vecturae offerant, respective e fisco communitatis liquidandas
curato catechisandi gratia certas reddant. Ad praestationes tamen has concedendas
confessiones districte devincire sphaeram jurisdictionis meae excedit. Qui peculiari
venerationis cultu sum Illustritatis Vestrae V-Ecclesiis 21-a Nov. 1898 absente vice-
comite Camillus Koszits notarius sup. Comitatus.

Fundamento hujus rescripti provoco DD. Curatos, ut communitates pro
catechesi in filialibus scholis asservanda, ad vecturam catechetis suppeditandam,
invocata, si necesse foret, etiam jurisdictionis comitatensis intercessione, permovere
conentur.

90

1899

Restantiae
obolorum
Petri et sym-
bolae pro
miss Africana-
nis sub-
mittendae.

Provocantur DD. Curati, qui eatenus obligationi nondum satisfecissent, ut
obolos Petri pro anno 1898. item symbolas pro missione Africana conflatas quantocyus
ad Cancellariam episcopalem promoveant.

91

1899

Pagellae
, Religio^a com-
mendantur.

Erga requisitionem redactoris pagellarum „Religio“ easdem, consideratis
egregiis meritis, quas pagellae hae a semisaeculo et ultra circa tuendam intrepide
rem catholicam, difficillimis his temporibus, sibi compararunt, attentioni ac succolamini
Ven. Cleri plurimum commendo.

Premium praenumerationale pro semestri 5 fl. submitti potest redactori
(Budapest, IV. Papnövelde-utcza 8. sz. a.)

92

1899

Pro congrua notitia et debita observantia DD. Curatis notum reddo : Statistica data
Officium R. H. Statisticum Centrale, ordinationi legis 1897. art. XXXV. §. 3. con-
formiter proxime cunctis parochis pagellas rubricatas submittet, quae accurate ex-
plendae et ad suprafatum Officium (M. Kir. Központi Statisztikai Hivatal) immediate ab
ipsis DD. Curatis transponendae sunt.

Officio R. H.
Statistico
Centrali sub-
mittenda.

93

1899

Hogy az üresedésbe jött tanítói állomásokra kitüzött pályázatok minél A tanítói álla-
gyorsabban és szélesebb körben közzé téteszenek, több oldalról beérkezett óhajnak mások pályá-
megfelelőleg, ezennel megengedem, hogy ezen pályázatok a jövőben nemcsak az egyház- zatai ezután
megyei körlevelekben, hanem a „Pécsi Közlöny“-ben és Budapesten a sz. István- a „Pécsi
társulat által kiadott és minden kath. népoktatási intézet számára egy-egy példányban Közlöny“-ben
ingyen küldött „Népnevelő“-ben is hirdethetők legyenek. Mit a megyebeli papság és tanítói és a buda-
karnak oly megjegyzéssel hozok hivatalos tudomására, hogy az ekként kihirdetett pesti „Nép-
pályázatok a tanító választás érvénye tekintetéből szabályszerüknek fognak tartatni. nebeli „Népnevelő“-ben
is hirdelhetők

94

1899

Az i b a f a i plébániához tartozó Horvát-Hertelend fiók- Pályázat a
községben a rom kath. kántortanítói állomás lemondás folytán megüresedvén, arra horvál-herte-
ezennel pályázat hirdették. Javadalma: 2 szoba-, 1 konyhaból és a szükséges mellék- lendi kántor-
épületekből álló tiszteességes lakáson kívül 1 hold belsőség és 300 forint készpénz, tanítói állomásra.
mely utóbbi $\frac{1}{4}$ évi részletekben fizettetik. Pályázati határidő 1899. január 20.
Tannyelv: német- magyar. Folyamodók szabályszerén felszerelt kérvényeket Ibagára
(Baranyam.) Hangai Nándor plébános-iskolaszéki elnökhöz küldjék.

95

1899

Baranya Kisfalud rom. kath. oszt. tanítói állomásra 1899. év január Pályázat a
hó 15-ig pályázat nyíttatik. Fizetése egy polgári évre 350 forint, havi részletekben, kisfaludi osz-
egy butorozott szoba, két öl fa, melyből egy öl tantermének fűtésére fordítandó és tálly-tanítói
egy második szoba és kert fejében évi 50 forint. Tanitandja a III—VI. vegyes és az állomásra
ismétlök fiú osztályát. Köteles a kántori teendőkben segédkezni és a kántortanító
üvegbizása esetén önállóan végezni. Tannyelv: magyar. Ez állás elnyeréseért csak
okleveles férfi tanítók pályázhatnak. A kellően felszerelt kérvények az iskolaszéki
elnökhöz küldendők.

96

1899

Pályázat a
baranyavári
másodtanítói
állomásra.

Baranya vár horvát ajku községen a másodtanítói állomásra f. január hó 28-i határidővel pályázat nyíltatik. Fizetés: jól felszerelt szobán kívül havi 30 forint és 4 méter Öl fa, melyből az iskola is fűtötték. Jó, ha a pályázó a horvát nyelvet is birja.

97

1899

Curatia Čepin
elevata est ad
beneficium
parochiale.

Curatia Čepin patronatui nob. familiae Adamovich de Čepin obnoxia, assentiente Excell. Reg. Gubernio Croatiae et Slavoniae, beneficiis parochialibus Dioecesis est adnumerata.

Mutationes
personales

Cleri.

Pancratius Gombarovics cooperator in Baán nominatus est vicarius in spiritualibus parochiae Podgajcensis.

Josephus Kollár, parochus Brodjancensis ob adversam valetudinem ab actuali servitio interim est relevatus.

Sigismundus Dujmovits administrator in spiritualibus beneficij parochialis Brodjancensis ejusdem etiam in temporalibus administrationem consecutus est.

Dr. Josephus Lónčsár administrator interimalis beneficij parochialis Kömlöd, ad idem praesentatus et institutus est parochus.

Joannes Trinn parochiae Varasd administrator praesentatus et institutus est ibidem parochus.

Antonius Pataki cooperator in Berement obtinuit beneficium parochiale Feked.

Desiderius Neumayer adusque parochiae Darázs administrator ejusdem a 1-a Januarii per ressignationem parochi Sylvestri Jakics canonice vacantis constitutus est parochus.

Stephanus Fülöp vicarius Szigetvarensis nominatus et institutus est parochus Hertelendensis.

Christophorus Péhm parochus Német-Ürögensis, abdicato spontaneo munere parochiali, ibidem interimalis nominatus est administrator.

Julius Kozári professor religionis Academiae militaris pro defendenda patria Quinque-Ecclesiis, ab excell. Ministro defendendae patriae 1-a Decembris 1898 renunciatus est ejusdem militiae pro ulteriori servitio reservatae curatus auxiliaris militaris.

Ferdinandus Lichtfusz interimalis parochiae Feked administrator in eadem qualitate translatus est ad parochiam Szalatnak.

Colomannus Varga cooperator in Tót-Keszi, ejusdem parochiae per resignationem Francisci Kutor parochi vacantis obtinuit interimalem administraturam.

Julius Kopári cooperator Tolnensis constitutus est vicarius in spiritualibus et temporalibus parochiae Szigetvár.

In munere cooperatorum dispositi sunt: Franciscus Röszler administrator interimalis in Szalatnak ad Bogdása, Paschalis Horváth vicarius Podgajensis ad Baán, Petrus Varga e Bogdása ad Mária-Kéménd, Dominicus Lekics e Mária-Kéménd ad Berement, Franciscus Liebelt e Duna-Földvár ad Tolna, Josephus Palko e Döbrököz ad Duna-Földvár, Joannes Polgár e Rácz-Petre ad Döbrököz, Michaël Takács ex Olasz ad Rácz-Petre, Stephanus Palko adusque vicarius in Magyar-Hertelend ad Dombovár.

Joannes Palócz Ord. S. Francisci presbyter ad interim in Dioecesim susceptus missus est in qualitate subsidiarii ad curatiam Harcz.

Quinque-Ecclesiis, 4. Jan. 1899.

† Samuel m. p.
episcopus.



390

1899

Dominus noster auspicatus munus redemtionis generis humani in sacram recessit solitudinem, 40 diebus jejunans, rebus divinis vacans, non quia operibus poenitentiae indiguit, utpote ab omni labore vitii immunis, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, et excelsior coelis factus Hebr. VII. 26., sed quoniam exemplum suis sectatoribus voluit relinquere, ut quemadmodum ipse fecit, nos quoque faciamus, I. Petr. II. 21.

S. Augustinus rationes reddens hujus jejunii SS. Salvatoris dicit: Si jejunavit ille, qui peccatum non fecerat, quanto magis necessaria sunt jejunia homini peccatis obnoxio. Serm. 6. de Jejunio Quadrag. Et alio loco idem ait: Arbitror itaque causam hanc esse jejunii, ut quia primus Adam in paradyso constitutus per intemperantium gulae gloriam immortalitatis amiserat, eamdem immortalitatem secundus Adam per temperantium repararet. Serm. 77. de Tempore.

Hinc S. Mater Ecclesia a primis suis temporibus 40 dierum jejunium singulari adparatu voluit celebrari eo fine, ut qui in Christi Domini resurrectione sumus conresuscitati, in ipsius etiam inveniamur passione commortui.

Nemo jejunii Quadragesimalis mysticam significationem penitus intellexit ac pretium ejus dignius celebravit encomiis, quam S. Leo M. cum more solito eleganter scriberet: Inter omnes dies, quos multis modis honorabiles habet christiana devotio, nullus est excellentior festivitate paschali, per quam in Ecclesia Dei universarum solemnitatum dignitas consecratur. Considerantes autem, quid per crucem Domini adepta est universitas mundi, cognoscimus ad celebrandum Paschae diem merito nos 40 dierum jejunio praeparari, ut digni possimus divinis interesse mysteriis: non enim summos tantum Antistites, aut secundi ordinis sacerdotes, sed omne corpus Ecclesiae, universumque fidelium numerum ab omnibus contaminationibus oportet esse purgatum, ut templum Dei, cui fundamentum est ipse fundator, in omnibus lapidibus speciosum, et in tota parte sit lucidum. I. Serm. de Quadrag. 10.

II.

Quia Ecclesia dies Quadragesimalis jejunii recolendae amarissimae passioni SS. Salvatoris singulariter consecravit: ideo hi dies sunt poenitentiae, mortificationis et abnegationis ad redimenda peccata, sunt dies precum, jejunii, eleemosynae aliorumque bonorum operum.

In limine hujus s. temporis Ecclesia cinere aspergit capita nostra singulis in memoriam revocans, quae auctor naturae protoparenti injunxit verba: In sudore vultus tui vesceris pane donec revertaris in terram, de qua sumtus es: quia pulvis es et in pulverem reverteris Gen. III. 19. Ecclesia sacra hac ceremonia memores nos esse vult vilis originis nostrae, ne elati corde in superbiae vitium, quod est mater cunctorum malorum, incidamus, verum magis, qui utuntur hoc mundo, tamquam non^z utantur, praeterit enim figura hujus mundi, I. Cor. VII. 31.

Antiquissima sane est Ecclesiae consuetudo per Quadragesimae imprimis tempus, fideles poenitentiae, mortificationis et maxime jejunii operibus ad solemnia paschalia digne celebranda praeparare, quae disciplina sensim legibus roborata, varias quidem saeculorum decursu subivit vicissitudines, ast quamvis adjunctis locorum, indigentis temporum ac personarum convenienter, saepius fuerit mutata et mitigata, nunquam tamen antiquari vel penitus aboleri poterit. Primordia enim legis jejunii ab ipso Deo sunt posita illis verbis: de ligno scientiae boni et mali ne comedas. Et qui gravissimas statuit hujus legis transgressoribus poenas, idem affatim observantibus promisit praemia. Jejunio 40 dierum roboratus Moyses tabulas legis, dígito Dei scriptas, in monte impetrare dignatus est, quas descendens, cum invenisset populum manducantem et bibentem ac ludentem iratus proicit de manu et confregit ad radicem montis.

Jejunium fecit Samsonem ita invincibilem, ut mille hostium occidisset, portas urbis suis humeris abstulisset ac leoni quoque praevaluisset: postquam autem ebrietati ac luxuria se dedisset, captus ab hostibus, excoecatus et a cunctis ludibrio habitus est. Iudic. XIII—XVI.

Jejunio roboratus Elias furorem Jessabel declinavit et emenso itinere 40 dierum et 40 noctium pervenit usque ad montem Horeb, ubi videre Deum meruit. III. Reg. XIX. 8.

Jejunio nullum efficacius medium — teste S. Scriptura — ad excitandum fovendumque spiritum poenitentiae, ad placandam iram divinam removendasve poenas. Sic David, quando sceleris sui vult agere poenitentiam, ad jejuniam confudit: Operui — ait — in jejunio animam meam. Psalm. LXVIII. 11. Et iterum: Humiliabam animam meam in jejunio; genua mea infirmata sunt a jejunio. Psalm. XXXIV. 13. Achab vult a divina Misericordia inobedientiae suaee veniam consequi: Itaque scidit vestimenta sua, operuit cilicio carnem suam, jejunavitque et dormivit in sacco, et ambulavit demisso capite. Et Dominus misertus est ei dicens: Qia igitur humiliatus est — Achab — mei causa non inducam malum in diebus ejus. III. Reg. XXI. 27—29. Ninivitae exterriti praedicatione Jonae prophetae jejunarunt, bru-

tis quoque jejuniū imposuerunt et misertus est eorum Deus et non fecit civitatem subverti. Jon. III. 4. 7. 10. Et libro Tobiae XII. 8. Raphaël Archangelus laudat jejuniū, ut opus bonum dicens: bona est oratio cum jejunio et eleemosyna magis, quam thesauros auri recondere.

Jejunium, quod Antiquum Foedus in umbra tantum exhibuit, proprie Novum Testamentum consecravit. Jam Anna prophetissa laudibus celebratur, quod jejunii servierit Deo. Luc. II. 37. Quid dicamus de praecursore Domini, de S. Joanne Baptista, quo major inter natos mulierum, teste ipso Domino non surrexit? Is non tantum verbis, sed exemplo quoque suo poenitentiam ac jejuniū velut ad excipendum Salvatorem optima media commendavit. Apostolus vero gentium inter illa opera pro quibus magnifice gloriabatur non dubitavit addere: In fame et siti, in jejunii multis II. Cor. XI. 27.

Notum est, quae fuerit Ecclesiae primis saeculis in jejunio observando rigida disciplina ac fidelium aemulatio, qui omnibus vitae commoditatibus ac solatiis renunciantes tempus jejunii Quadragesimalis in poenitentiae et mortificationis operibus transigendum esse reputarunt.

Exemplo Christi et Apostolorum animati Ecclesiae SS. Patres integra se exceperunt serie in jejunii nectenda laude et commendanda disciplina. Ut pauca tantum proferam: S. Chrysostomus Hom. I. super Gen. dicit: Mater omnium bonorum et prudentiae aliarumque virtutum omnium magistra, est jejuniū. Sicut corporalis cibus impinguat corpus, ita et jejuniū efficit animam valentiorē. Et Iustin. Mart. in Epist. ad Diognet. scribit: Anima dum cibo et potu male tractatur fit melior. S. Leo M. autem Serm. de Jejun. asserit: Semper virtuti cibus, jejuniū fuit. Jejunia contra concupiscentias vincunt, tentationes repellunt, superbiam inclinant, iram mitigant, et omnes bonae voluntatis effectus ad maturitatem totius virtutis enutriunt. Demum S. Petrus Damian. Libr. 2, epist. 11. ad Desiderium: Ama — hortatur — jejuniū, ut dum inedia corpus atteritur, anima coelestis gratiae pinguedine saginetur.

Ast errant, qui jejunii utilitatem in sola escarum abstinentia sitam esse putant. Non tantum gula peccamus, ideo non illa solum est jejunandum, sed cum peccaverint etiam membra reliqua, ipsa quoque jejunare debent.

Jejunet oculus — dicit S. Bernard. Serm. 3. Quadr. — a curiosis aspectibus. Jejunet auris nequierer pruriens, a fabulis et rumoribus. Jejunet linqua a detractione et murmuratione, ab inutilibus, vanis, atque scurrilibus verbis. Jejunet manus ab otiosis signis, et ab operibus, quaecunque non sunt imperata. Multo magis anima ipsa jejunet a vitiis et propria voluntate sua. Teste enim S. Augustino Tract. 17. super Evang. Joan. c. 5.: Verum christianorum jejuniū est abstinere ab iniquitatibus et illicitis voluptatibus et operam dare virtutibus. Quid enim prodest — dicit idem Serm. I Quadrag. — pallidum esse jejunis, si odio et invidia livescas?

S. Greg. M. vero Hom 16. super Evang. affirmat: Incassum caro atteritur, si a pravis suis voluptatibus animus non refrenatur. Vanum ergo foret nostrum jejunium Quadragesimale, si in illo dapes quidem mutarentur, non vero mutarentur pravae animae ac sensuum voluptates.

Ingressuri igitur Ven. Fratres et FF. Dilectissimi! dies jejunio quadragesimali consecratos, secundum mandatum Conc. Trid. Sess. XXV. De delectu ciborum et jejuniis, edocete fideles curae Vestrae concretitos: quantae utilitatis praestantiae ac necessitatis sit tempus Quadragesimalis jejunii, non tantum in bonum animae sed et corporis, ut alacri et libenti animo ab iis suscipiatur et observetur.

Hortamini fideles, ut sanctificent jejunium, illud devoto servitio celebrantes et jejunio corporali spirituale quoque jungentes. Inculcate illis cum Apostolo ad Rom. VI. 19.: Sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditia et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire justitiae in sanctificationem. Moneantur ergo fideles, ut diebus Quadragesimae, qui sunt dies poenitentiae ad redimenda peccata et ad salvandas animas, diligentius frequentent Ecclesias, crebrius intersint s. concionibus, impensius vacent piis lectionibus, meditationibus ac precibus, ut consortes passionis Christi, ejus resurrectionis quoque participes efficiantur, juxta illud Apostoli ad Rom. VIII. 17.: Si tamen compatimur, ut et conglorificemur.

Tempus enim appropinquantis paschatis nos excitat, ut gratiis Dei in animae nostrae salutem utamur, et resurrectionem Domini digne celebratur, a morte peccati ad novam vitam resurgamus. Hinc merito interrogat Thom. a Kemp. Medit. 32, c. 4.: Quis est, qui digne Pascha in spiritu celebrat? Qui de vitiis ad virtutes transmigrat, qui de veteri vita et mala in novae devotionis statum surgit.

Gratiarum singularium elargitionem tempori Quadragesimali esse adnexam pulchre fatetur S. Leo M. Serm. 4. Quadrag.: Magna divinae institutionis salubritate provisum est, ut ad reparandam mentium puritatem quadraginta nobis dierum exercitatio mederetur, in quibus aliorum temporum culpas et pia opera redimerent, et jejunia casta decoquerent.

Temporis opportunitate quidem semper nobis utendum est, ne illud nobis incuriosi inutiliter elabatur, maxime tamen Quadragesimae accommodari possunt verba Apostoli II. Cor. VI. 2.: Tempore accepto exaudihi te, et die salutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce, nunc dies salutis.

Si ad glorioissimae resurrectionis D. N. Jesu Christi proxime celebranda solemnia debite nos praeparare intendimus, necesse est, ut monitis obtemperemus Apostoli I Cor. V. 7-8.: Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi, itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiae et nequitiae: sed in azymis sinceritatis et veritatis, — ut digni quandam ad agni nuptias intromitti mereamur.

391

1899

Ut mitigata in Ecclesia abhinc pluribus jam annis jejunii et abstinentiae disciplina hoc quoque anno frui possimus, supplicibus adivi SS. Patrem litteris, qui in suo gratiosissimo responso precibus meis deferre dignatus est.

Utrumque documentum in subnexo per extensum Ven. Clero comunico.

Litteris Apostolicis dispensatio in lege jejunii et abstinentiae prorogatur.

Episcopus Quinque-Ecclesiarum ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus haec exponit: Die 14 Decembris 1897 concessa fuit Episcopo oratori ad quinquennium facultas dispensandi super esu carnium, ovorum et lacticiniorum tempore iejuniorum et Quadragesimae pro casibus tamen particularibus excepto quocumque indulto generali.

Cum piae record. antecessor, prout et tempore sedis vacantiae Vicarius Capitularis in amplissima hac dioecesi Quinque-Ecclesiarum exigentiis aevi nostri et pauperiei plebis occursuri, antiquam Ecclesiae jejunandi legem, annuente Sanctitate Vestra, indulto generali relaxaverint, ac iuxta paradigma typis impressum fidelibus inculcaverint; obversantibus nostris quoque diebus iisdem locorum et temporum adjunctis, pro universa hac dioecesi fidelibusque in ea commorantibus supplicat Orator, quatenus facultatem antecessoribus suis concessam, ipsi quoque ad septennium duraturam clementissime indulgere dignetur. Etc.

Feria VI. die 18 Novembris 1898. SSmus D. N. Leo Divina Providentia Papa XIII. inaudientia R. P. D. Adssessori S. Officii impertita, audita relatione superscripti supplicis libelli, benigne indulxit, ut R. P. D. Episcopus pro suo prudenti arbitrio et conscientia pro hoc anno impertiatur indulta quae hucusque concessit, donec aliter provideatur. Hortetur autem idem R. P. D. Ordinarius Orator fideles, ut hanc apostolicam indulgentiam compensare studeant aliis piis operibus atque praesertim eleemosynis in pauperum levamen erogandis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

G. Can. Mancini S. R. et U. J. Not.

392

1899

Mandatum Quadragesimale Anno Domini 1899.

Circa observantiam jejunii et abstinentiae per annum vigore facultatis ab Apost. Sede die 18-a Novembris. a 1898 clementissime nobis concessae sequentia, dispensando in Domino et indulgendo quoad clerum tam saecularem quam regularem, (quin huius peculiaribus statutis derogetur) et quoad laicos Dioecesis Qu.-Eccl. statuimus.

(Mandatum quadragesimale.)

1. Dies jejunii cum unica ad satietatem refectione et cum abstinentia a carnis sint:

a) Feriae IV. et VI. Adventus, b) Feriae IV., VI. et Sabbathi Quadragesimae, c) Dies feriales hebdomadae majoris, a feria IV. inchoando, d) Omnes per

annum dies quatuor temporum. Tandem e) Pervigiliae festorum Nativitatis Domini, Pentecostes, ss. Apostolorum Petri et Pauli, Assumptionis B. M. V. et Omnium Sanctorum.

2. Dies jejunii, quibus unica quidem refectione pariter observanda est, usus tamen carnium etiam in exigua vespertina collatione permittitur, sint omnes reliquae feriae Quadragesimae, quae supra (puncto 1.) non eximuntur.

3. Diebus Dominicis Quadragesimae usus carnium permittitur.

4. Dies simpliciter abstinentiales, quibus quidem saepius refici permissum est, sed a carnibus abstinendum venit, sunt omnes reliquae per annum Feriae VI-ae, quae non sunt dies jejunii et superius (puncto 1. et 2.) non comprehenduntur. Ab abstinentia enim dierum Sabbati per annum vi indultus apostolici, qui volunt, hoc quoque anno relevati sunt.

5. Condimenti ciborum instar quamcumque pinguedinem adhiberi permit-timus, exceptis solummodo Feriis VI-is Quadragesimae, Feriis item VI-is quatuor temporum, Vigilia Nativitatis Domini, et exceptis collationibus vespertinis omnium vigiliarum supra (puncto 1.) recensitarum.

Hortamus vero omnes in Domino et monemus hoc indultu neque abstinentiam diei Sabbati abrogatam, neque legem jejunii e medio sublatam vel suo vigore exutam esse. Lex ecclesiastici jejunii et abstinentiae manet, et qui eam ad literam sequi et explere porro quoque malunt, meritis augebuntur. Qui tamen hac dispensatione utuntur, eos id licite facere, neque per id ulli officio deesse. Dummodo hanc indulgentiam uberioribus precibus, pietatis exercitiis ac operibus atque cumprimis, qui opibus valent, amplioribus eleemosynis compensare satagant.

393

1899

Facultas a
casibus
quibusdam
reservatis
absolvendi
elargitur.

Ut reservatio casuum Episcopalium in hac Dioecesi sapientissimo SS. Concilii Tridentini monito conformiter (Sess. 14. de Sacr. Poenit. Can. 11.) aedificatiō-nem fidelium operetur, eorumdem fidelium, curae meae creditorum, saluti consulturus, praesentium vigore decerno ac declaro: in posterum omnes Sacerdotes, in hac Dioecesi, sive saeculares, sive regulares, ad excipiendo Christi fidelium sacra-mentales confessiones rite approbatos et facultate absolvendi ordinaria instructos, in sequentibus circumstantiis poenitentes vere contritos et confessos, injuncta eis pro gravitate criminis commensurata poenitentia, a casibus Episcopo reservatis absol vere posse:

1) Per totam Octavam Festi SS. Nominis Jesu, item Festo SS. Nominis B. M. V. et Festo Patrocinii cuiuslibet Ecclesiae Parochialis, et die qua Indulgentiae plenariae alicui Capellae, intra ambitum Prochiae sitae concesse sunt.

2) Generalem confessionem prima vice peragentes.

3) Sponsos immediate, vel tribus diebus ante copulationem.

4) Mulieres in ultimo mense praegnacionis constitutas.

5) Detentos in carcere.

6) Aegrotos, etiamsi non sint in articulo mortis.

Ad dubia quaevis removenda notum reddo :

Impuberis utriusque sexus qui decimum quartum aetatis annum egressi non sunt, immunes habeantur ab omni reservatione.

Porro Decretis Synodi Divecesanae Quinque-Ecclesiensis anno Domini 1863. celebratae conformiter, facultatem a casibus Ordinario reservatis sacramentaliter absolvendi porro quoque in suo robore valere et concessam esse volo: a) Canonico Poenitentiario, et caeteris Cathedralis Ecclesiae meae Canonicis actualibus, et honorariis. b) Cunctis ordinariis et surrogatis Districtuum Vice-Archidiaconis. c) Singulis Conventuum Religiosorum Ordinis S. Francisci utriusque Provinciae in Dioecesi existentium Gwardianis et Praesidibus.

Denique moneo omnes confessarios, has facultates esse stricte interpretandas, neque pro lubitu extendendas, vel subdelegandas atque poenitentes semper de atrocitate criminum commissorum, eorumque reservatione serio edocendos, atque iis inculcandum esse, confessarium tantum per speciale privilegium absolvere posse.

285

1899

Rssm. D. Paulus Babócsay Ecclesiae Cath. V. Ecclesiensis canonicus ad honores, vadiaconus districtus Némethiensis, parochus Bodonyensis et sacerdos jubilatus, resignato a 1-a Januarii a. c. suo beneficio, statutis Instituti pensionalis nuper reformatis conformiter, assentientibus votis Ven. Capituli et omnium Hon. Districtuum cum annua pensione 900 florenorum, a tempore ingressus statum quietis liquidanda, albo emeritorum sacerdotum adscriptus est.

Rssm. D.
Paulus Babó-
csay rude
donatur.

394

1899

Pro complendo beneficio Bodonyensi per resignationem Rssmi D. Pauli Babócsay, can. hon. vadiaconi et parochi vacante, concursus hisce usque finem Februarii a. c. cum eo indicitur, ut illud juri patronatus dominii Üszöghensis obnoxium consequi cupientes et synodali examine probati, recursus suos Ordinariatu substernant.

Concursus
pro beneficio
Bodony.

395

1899

Franciscus Obadich, parochus Nagy-Nyárádensis post diuturnam infirmitatem die 22-a Januarii a. c. piam animam Creatori reddidit. Natus 1840. Ordinibus initiatus 1862. Ab. a. 1869. parochus in Bellye. ab a 1870. in Vörösmarth, ab a. 1879. in Nagy-Nyárád.

Mors
Francisci
Obadich.

Meminerint cuncti sacerdotes statuta tria missae sacrificia in refrigerium animae defuncti confratris quantocyus Omnipotenti offerre.

396

1899

Concursus
pro beneficio
N.-Nyárád.

Beneficium parochiale Nagy-Nyárád obitu Francisci Obadich vacans redditum, patronatui serenissimi Caes. et Reg. Archi-Ducis Friderici obnoxium praesentibus concursui usque finem mensis Februarii a. l. duraturo exponitur. Qui ad beneficium isthoc reflectere cupiunt et examine synodali probati sunt, velint recursus serenissimo patrono inscriptos intra terminum paeclusi Officio dioecesano submittere.

397

1899

Theses theo-
logicae pae-
figuntur.

Theses per Ven. Clerum curatum elucubrandae et in coronis districtualibus scriptis exhibendae sequentes paefiguntur:

I. Pro corona vernali e Theologia Dogmatica: Motiva credibilitatis non pugnant nisi pro ecclesia catholica.

II. Pro corona autumnali e Theologia Pastorali: Előadandó a lekipásztori eljárás, a mai viszonyok között az anyakönyvvezetésre vonatkozólag, tekintettel ugy a nmélt. magyar püspöki karnak ide vonatkozó, valamint a belügyministernek az állami anyakönyvvezetést illető utasítására.

398

1899

Subsidium e
fundatione
Troll pro se-
cerdotibus.

Feria tertia. Pro Asia.

Feria quarta. Pro Africa.

Feria quinta. Pro America septemtrionali et centrali.

Feria sexta. Pro America meridionali.

Sabbato. Pro Oceania.

X. Qui pio Sodalitio nomen dant, ex quacumque gente, per dimidiam circiter horam orationi vacant coram SSmo semel in hebdomada, in die suae cuiusque nationi assignata, ut in numero praecedenti; vel alio hebdomadae die, si legitimate impediti fuerint. Adscripti, in Urbe degentes, dimidiam horam, ut supra, in oratione insumunt in Ecclesia, in qua SSrum expositum est in forma Quadraginta Horarum; qui extra Romam degunt, in qualibet Ecclesia in qua SSrum Sacramentum asservatur.

XI. SSmus Dnus Noster Leo PP. XIII. rata esse voluit quae iam decrevit, per litteras in forma Brevis datas die 6 mensis Martii 1883. sacrarum Indulgenciarum munera iis omnibus qui ordini Sodalium ab Adoratione Reparatrice derident nomen. Praeterea nonnullas alias Indulgencias, motu proprio, largitus est sub die 6 mensis Septembris anni 1898.

XII. Praedictarum omnium Indulgenciarum summarium hoc est:

1º Omnibus et singulis pio Sodalitio adscriptis extra Urbem degentibus, qui, iuxta ipsius Sodalitii instituta, in sua quisque regione, quamlibet Ecclesiam devote visitaverint, in qua Sacramentum Augustum asservatur, et coram Ipso per medium circiter horam oraverint, dummodo reliquae pietatis iniuncta opera praessterint, consequuntur quotidie omnes et singulas Indulgencias, peccatorum remissiones et poenitentiarum relaxations, quas consequerentur si adessent Orationi Quadraginta Horarum iisdem diebus in Ecclesiis Urbis (Breve 6 Martii 1883). idest: Indulgenciam Plenariam, si vere poenitentes, confessi ac sacra communione refecti per dimidiam circiter horam, ut supra, coram SSmo Sacramento oraverint; — Indulgenciam decem annorum et totidem quadragenarum, quotiescumque vere poenitentes, cum firme proposito confitendi, aliquam Ecclesiam visitaverint et per aliquod tempus coram SSmo Sacramento pias preces effuderint (Breve ut supra).

2º Adscriptis pio Sodalitio in Urbe existentibus, qui vere poenitentes, confessi atque Sacra Communione refecti, qualibet hebdomada, die per praesentia Statuta

ipsis designato, vel etiam alio die, quatenus legitime impediti fuerint, per dimidiam circiter horam SSimum Sacramentum adoraverint in Urbis Ecclesiis, quibus fit Quadraginta Horarum oratio, praeter Indulgentias Quadraginta Horarum, conceditur:

Indulgentia Plenaria semel in singulis per annum mensibus, uno die cuiusque eorum arbitrio sibi eligendo (Breve 6 Martii 1883).

Iisdem adscriptis pio Sedalitio Romae existentibus, qui singulis hebdomadis, statuta die, vel alia, quatenus impediti ut supra, dimidiam circiter horam adorationis peregerint in Ecclesia S. Ioachimi in Urbe coram SSimo exposito, SSimus Dnus Noster Leo Papa XIII. motu proprio, sub die 6 mensis Septembris anni 1898. concessit omnes et singulas Indulgentias, quas consequerentur, si id praestarent in Ecclesiis Urbis, in quibus fit oratio Quadraginta Horarum.

3º Praeterea, sub eadem die 6 Septembris 1898. Sanctitas Suæ Ecclesiæ Indulgentiam septem annorum et totidem quadragenarum omnibus Christifidelibus quotiescumque devote adstiterint in eadem Ecclesia S. Ioachimi cuilibet ex piis actibus in num. VIII. praesentium Statutorum expressis. Concessit denique idem SSimus Dnus Noster Leo Papa XIII. in perpetuum Indulgentiam Plenariam omnibus Christifidelibus in die festo S. Ioachimi, dummodo poenitentes, confessi et sacra Communione refecti, visitent ecclesiam S. Ioachimi in Urbe, ibique orent pro Ecclesiae catholicae exaltatione et ad mentem Summi Pontificis (6 Septemberis 1898).

Omnis et singulae supramemoratae Indulgentiae sunt defunctis applicabiles.

Smmus Dnus Noster Leo PP. XIII. qui in suo Motu Proprio sub die 20 Iulii huius decurrentis anni iam edixerat se opportune perlaturum leges, ad quarum norman regeretur pium Sodalitium sub titulo ab Adoratione Reparatrice Gentium Catholicarum, in Ecclesia S. Ioachimi de Urbe canonice erectum, in Audientia habita die 6 Septembris 1898. ab infrascripto Card. Praefecto S. Congnis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, audita relatione de Statutis pro memorato pio Sodalitio, ex iusu eiusdem Sanctitatis Suae elaboratis, mandavit, ut per Rescriptum praefatae S. Congnis memorata Statuta adprobarentur, una cum eisdem adnexo Summario omnium Indulgentiarum, quibus idem pium Sodalitium ab eadem Sanctitate Sua hucusque ditatum fuit. Quapropter eadem S. Congregatio. mandato Smmi obtemperans, per praesens Rescriptum Statuta dicti Sodalitii, uti prostant in superiori schemate, adprobat et servanda praecipit ab universis eidem Sodalitio adscriptis et in posterum adsribendis: item et praedictum Summarium, nunc primum ex documentis excerptum, uti authenticum recognoscit simulque typis mandari permittit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congnis die 19. Septemberis 1898.

Fr. Hieronymus Ma. Card. Gotti, Praefectus. Pro Rmo. P. Rno Ant. Archiep. Antinoen. Secratario Iosephus M. Canonicus Coselli, Substitutus. L. † S.

972

1899

Sodalitas s.
Altaris
neoerecta
dioecesana
commen-
datur.

Consociationis Altaris Budapestinensis in provehendo cultu Eucharistico saluberrima activitas, in ornandis ac instruendis s. paramentis aliisque rebus utensilibus egentioribus ecclesiis inexhausta liberalitas, non per Dioecesis solum nostram, sed per totam, qua late patet Patriae nostrae ditionem, in aprico posita est. Illud quoque notum: Ven. Fratres, longa annorum serie, laudabili aemulatione, sive aere, sive gratis persolutis sacrorum intentionibus, ad ejusdem Consociationis sanctissimos fines promovendos, pro virium modulo, collaborasse.

Accrescentibus in dies spiritualibus et temporalibus singularum ecclesiarum indigenitiis, impensius nobis communi orationi est vacandum, liberalius pauperibus ecclesiis, rebus necessariis est subveniendum. Hinc desiderio communi occurrens et voci SS. Patris in praelibata constitutione, occasione erectionis sodalitatis universalis sub titulo ab adoratione reparatrice SS. Sacramenti, publicata, obsecundans: ad augendam cunctorum in Dioecesi clericorum et laicorum erga SS. Salvatorem in Eucharistiae Sacramento reconditum venerationem, nec non ad promovendum decorem domus Dei Sodalitatem s. Altaris, indigentiis nostrae Dioecesis inservitutram, erigere et generali sodalitati in regni metropoli existenti ac perquam fructuose operanti subordinare decrevi.

Ut vero fideles bonorum coelestium et terrestrium a SS. Salvatore Eucharistico distribuendorum eo abundantius participes reddantur, Vestrum erit Ven. Fratres ubique in parochiis vestris sociates s. Altaris erigere et mediante societe Dioecesana Centrali societati Budapestinensi coadunare, fidelesque hortari, ut huic Altaris sodalitati quo majori numero nomen dent, fontem salutis in SS. Sacramento crebrius visitent, enixius et prolixius adorent.

Cum cultu Eucharistico indivulse cohaeret sollicita aedium sacrarum cura ac supellectilis sacrae nitor et ornamentum. Non tantum verbis quotidie nos oportet profiteri: Domine dilexi decorem domus tuae et locum habitationis gloriae tuae (Psalm. 25. 8.), sed factis quoque contestemur pia nostra erga Dei s. tabernacula sensa. Memores verborum Apostoli: Jesus Christus propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis. Ideo in praesenti tempore vestra abundantia illius inopiam suppleat ut et illius abundantia vestrae inopiae sit supplementum (II. Cor. VII.). Supervacaneum foret Vobis DD. FF. experientia quotidiana edocitis, indigentias plurimarum in Dioecesi ecclesiarum, necnon multorum fidelium nonnunquam necessariis quoque vitae rebus destitutorum inopiam referre. Caritas Christi urget nos, ut qui habuerit substantiam hujus mundi, succurrat in necessitate preeprimis indigentibus ecclesiis, alleviando taliter onera quoque pauperibus fidelibus incumbentia. Dominus qui promisit: Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquae in nomine meo, quia Christi estis, amen

dico vobis, non perdet mercedem suam (Marc. IX. 40.), certe omnem eleemosynam abunde est retributurus.

In advoluto // dimittuntur philyrae sodalitatis s. Altaris dioecesanae in eum finem, ut DD. Curati a suis DD. Vicearchidiaconis districtuum provocati subnotent sacra certo numero, quae decursu anni 1899. in emolumentum praefatae nostrae sodalitatis absolvere paratos se declarant. Philyrae subscriptae, mediante vadiacono quo ocyus ad Cancellariam Episcopalem sunt promovendae. Nemo tamen suscepta sacra celebrare incipiat, nisi assignatione a sodalitatis directore D. Francisco Virág, nuper a me constituto, percepta.

973

1899

Praeterlapso jam termino bimestri, in litteris Circularibus Nro I-o a. c. prae-fixo, pro submittenda stipe, fine succolandi seminarium Orientale a Ssmo Patre erectum, praesentibus VV. FF. qui huic sanctissimo scopo cooperari desiderant, provocatos esse volo, ut quantocyus collectam suam — ubi fieri poterit ex fisco Ecclesiae auctam — ad Cancellariam Episcopalem promoveant.

Collectae pro
seminario
Orientali sub-
mittendae.

974

1899

Die 27-a Februarii a. c. apoplexia tactus obiit Josephus Csézik, sacerdos ^{Mors Jusephi} jubilaris, parochus Lancsukensis, anno aetatis suae 76. sacerdotii vero 53. Ab. a. ^{Csézik.} 1856. curatus in Lipova, ab a. 1876. parochus in Lancsuk.

Ternis Missarum suffragiis rogamus Deum, ut animam denati confratris aeterna beatitudine perfui concedat.

975

1899

Beneficium parochiale Lancsuk Episcopi Quinque — Ecclesiarum patronatui obnoxium, obitu Josephi Csézik parochi, de facto et jure vacans redditum, usque Dominicam in Albis a. h. concursui exponitur. Qui hocce beneficium assequi cupiunt et secus habiles sunt, recursus suos usque praefatum terminum, mihi exhibeant.

Concursus
pro beneficio
Lancsuk.

976

1899

Thesim e Jure Canonico pro corona autumnali a. 1898. s. curionibus ad elucubrandum praescriptam hujusc tenoris: „Quodnam est Ecclesiae ius nativum et quaesitum in scholas et quae sunt in nostra patria legum ecclesiasticarum et civilium ordinationes rem scholarem concernentes?“ — universim e Clero curato 99 resolverant. De quorum laboribus juxta recensionem professoris Juris Canonici in Seminario meo sequentia notatu digna communico: Plurimi quidem sufficientem consecuti sunt effectum, nonnulli vero de principiis negotii scholaris bene perspectis, de mole tantae rei rite pensata ac de fideli ad Ecclesiam adhaesione plane laudabile testimonium dederunt,

Recensio the-
sim e Jure
Canonico
elucuba-
tarum

pauci tamen solummodo a communi, in sententiis receptis auctorum conspicua, via deflectere sive nova ex visceribus rei quaerendo argumenta, sive argumenta vetera, per distinctionem, partis distinctae unius negationem, alterius concessionem, explicando, enucleando, thesin resolvere conati sunt.

Tali ratione factum est, ut plerique in vindicando nativo iure Ecclesiae circa scholas, provocando ad verba Salvatoris Divini „Euntes docete“, his verbis Ecclesiae ius et officium „docendi“ in genere, seu tum doctrinam religiosam tum profanam, datum fuisse contenterent, quin distinguerent inter actum positivum et negativum magisterii et huic distinctioni inhaerendo vindicarent Ecclesiae in catechesim, educationem in schola (actus positivus magisterii Ecclesiae) ex una parte et ex altera parte in arcenda ab animabus baptizatarum prolium pericula, scilicet censuram in docentes, libros et objecta profana exercendo ex obtutu fidei et morum (actus negativus magisterii Ecclesiae) — iura nativa.

Eadem ratione etiam illud contigit, ut admodum pauci iurium parentum in scholam mentionem facerent et ius Ecclesiae in scholas cum iure parentum conciliare et illo roborare studerent.

Laudem specialem praeceteris merentur :

1. Stephanus Lerch, qui thema clare, accurate ac eleganter resolvit argumenta pro ostendenda, quam scholae religione carentes parant, pernicie, e datis statisticis recentissimis criminis puerorum Galliae, sumendo. Legum tamen circa scholas fusior expositio desideratur,

2. Franciscus Áronffy, qui thesim magno historico apparatu superstruxit, iuris parentum haud immemor, ex omni respectu laudabilis.

3. Arnoldus Dréher litteraturae rei scholaris bene gnarus, thema vere scientifice tractat, iuris parentum aequum respectum habet, leges ac ordinationes circa rem scholarem attente perlegit.

4. Alexander Mosgai thema breviter, sed praecise ac cum energia elucubravit, sed legum politicarum ordinationes non specificat.

5. Guilelmus Heindl, qui ingentem copiam citatorum ex S. Scriptura, operibus SS. Patrum, theologorum, canonistarum, historicorum, textus concernentes synodi dioecesanae Qu. Eccles. et ordinum episcopalium Dioec. Qu. Eccl. antiquiorum collegit; in compositione tamen ingentis materiae parum dexter.

6. Franciscus Wölfel primam quidem partem thematis brevius exposuit, sed secundam partem maxima cum diligentia elaboravit, recensendo ordinationes legum circa scholam usque in minutia.

7. Marianus Bohnert thesim per ininterruptam profundarum idearum novarum seriem combinando ac argumentando resolvit.

8. Colomannus Vaszary ingeniosam resolutionem „iuris nativi“ Ecclesiae in scholas dedit, „iuris quaesiti“ immemor fuit; elucubratio optimum de ingenio,

quod auctor habet, in tam tricata quaestione ordinem ac systema parare valenti testimonium praebet.

9. Joannes Kövesdy resolutionem accuratam et amplissimam, omni sub respectu laudabilem, dedit.

10. Aloysius Zvonicsek thesim bene resolvit, sed legum solummodo mentionem facit.

11. Ludovicus Bezs thesim clare, praecise et sat ample tractat.

12. Eduardus Koch nota principia circa rem scholarem perspicaci argumentatione evincit, primam partem thesis optime solvit, sed leges de scholis solummodo mentionat.

977

1899

Preces sunt substratae Curiae Episcopali, ut ope matricarum Dioecesis casus nativitatis et copulationis personarum hic recensitarum eruantur.

1. Susanna Adda (etiam Deadda scripta). Nata circa an. 1720—1740. Parentes: Bernardus Adda et Maria Elisabetha Mittis. Maritus: Michaël Joannes Sipeky.

Data matricularia quae-
runtur

2. Eva Belitzay, nata circa a. 1700—1730. Parentes: Franciscus Belitzay et Elisabetha Bacho. Maritus: Nicolaus Jeszenszky.

3. Ignatius Hunyady, nat. cir. 1710—1740. Parentes: Nicolaus Hunyady et Barbara Ambro. Uxor: Francisca Korossy.

4. Nicolaus Jeszenszky, nat. cir. 1690—1720. Parentes: Georgius Jeszenszky et Anna Maria Illovay. Uxor: Eva Belitzay.

5. 6. Franciscus et Therezia Jeszenszky, nat. circ. 1700—1720. Parentes: Stephanus Jeszenszky et Elisabetha Bene. Prioris uxor: Anna Maria Mattyasovszky; posterioris maritus: Alexander Simonyi.

7. Francisca Korossy, nat. circ. 1700—1740. Parentes: Franciscus Korossy et Rosa Okolicsányi. Maritus: Ignatius Hunyady.

8. Anna Maria Mattyasovszky, nat. circ. 1700—1725. Parentes: Franciscus Mattyasovszky et Anna Rady. Maritus: Franciscus Jeszenszky.

9. Barbara Motesitzky, nat. circ. 1700—1720. Parentes: Emericus Motesitzky et Baronessa Rosalia Sándor. Maritus: Franciscus Sándor.

10. Clara Okolicsányi, nat. circ. 1690—1710. Parentes: Ladislaus Okolicsányi et Anna Maria Stansith Horváth. Maritus: Michaël Szent-Ivány.

11. Alexander Franciscus Szlavniczay, nat. circ. 1700—1715. Parentes: Adalbertus Sándor et Julia Kőszeghy. Uxor: Barbara Motesitzky.

12. Michaël Szent-Ivány, nat. circ. 1685—1700. Parentes: Wolfgangus Szent-Ivány et Juditha Sirchich. Uxor: Clara Okolicsányi.

Velint DD. Curati matricas suas revolvere et actus fors inventos --- pro quibus singulis promittitur remuneratio 10---10 florenorum, erga repersolutionem postalem (posta utánvét) illustrissimo Domino Zoltano Szent-Ivány caes. reg. Camerario (Budapest Andrássy-utcza 79.) submittere.

978

1899

Programma s. peregrinationis Lapurdum itineris hisce Ven. Clero communico:
suscipienda.

Zarándokut Lourdes-ba. Indulás 1899. augusz'us 21-én. Visszaérkezés 1899. szeptember 5-én.

Utirány: Budapest—Kanizsa—Pragerhof—Marburg—Villach—Franzensfeste Ala—Verona—Milano—Genua—Marseille—Toulouse—Lourdes és vissza.

Részvételi árak:

III. oszt. vasut, szállodai lakással, de élelmezés nélkül	88	frt.
III. " " " és élelmezéssel	100	"
III. " " I rendü " "	130	"
II. " " " "	170	"
I. " " " "	220	"

Ezen árakban benfoglalvák:

1. A vasuti menetjegy Budapesttől—Lourdesig és vissza.
2. Szállodai ellátás Milanoban menet } Pihenő állomások az odautazásnál.
3. " " Marseilleben " }
4. " " Lourdesban 4 teljes nap és még egy reggeli az utolsó napon.
5. " " Nizzában }
6. " " Genuában } Pihenő állomások a visszautazásnál.
7. Kocsi az állomástól a szállodáig és vissza.

Részvételi föltételek.

Jelentkezni lehet dr. Robitsek Ferencz plébánosnál Nagymaroson (Hont megye) és e célra kérjük a mellékelt levelező lapot kitöltve beküldeni, mely alkalommal

az I. oszt. utasok részéről 50 forint

a II. " " " 40 "

a III. " " " 30 "

küldendő be ugyancsak dr. Robitsek Ferencz plébánoshoz Nagymarosra (Hont megye) elöllegül. A hátralékos összeg a jegy átvételekor fizetendő.

A zarándokok elindulás előtt részletes menetrendet kapnak kézhez, mely öket a vonatok közlekedése, a pihenő állomásokon való tartózkodás tartama, a szállodák nevei és egyébb hasznos tudnivalók iránt megfelelően tájékoztatni fogja.

979

1899

Kakasdi plébániához tartozó Ladomány fiók községben a kántortanitói (Pályázat a
állomásra pályázat nyittatik. Jövedelme: 10 mérő buza, 15 m. rozs, egy szekér Kakasdi kán-
széna, $\frac{1}{2}$ hold rét, 6100 □ ölj szántóföld, melyet igás erővel a község munkál, tortanitói ált-
 minden szükséges fuvarokat a község teljesít; 180 liter bor, 14 méter száraz kemény
 hasábfa, 74 frt. 50 kr. készpénz; okleveles tanító 50 frt. korpótlékban is részesül
 államsegély után; 8 - 10 frt. stóla; lakás áll: 2 szoba, 2 konyha, kamra, istálló,
 présház, ólakból s $\frac{1}{2}$ hold házi kert. Tannyelv: német-magyar. Felszerelt folyamod-
 ványok f. évi március hó 30-ig az iskolaszék elnökéhez Kakasdra póna: Bonyhád
 küldendök. Képezdészek is pályázhatnak,

980

1899

Baranya-Kisfalud róm. kath. oszt. tanítói állomásra 1899. márcz. 19-ig (Pályázat a
 pályázat hirdettetik. Fizetése: egy polg. évre 350 frt havi utólagos részletekben, egy Baranya-Kis-
 bútorozott szoba, két ölj fa, melyből egy ölj tantermének fűtésére fordítandó és a tanítói álló-
 második szoba éléskamra és kertilletmény címen 50 frt. Tanitandja: III.-VI. ve-
 gyes- és az ismétlősök fiosztályokat. Köteles a kántoriakban teljesen segédkezni, a másra.)
 kántortanitó megbizása esetén önállóan végezni. Tannyelv: magyar. Ez állás elnye-
 réseért csak okleveles, nőtlen férfitanítók pályázhatnak. A megválasztott iskolaév
 közben állását nem hagyhatja el. A kellően felszerelt kérvények az iskolaszék elnök-
 ségehez küldendök.

981

1899

A czikói r. k. plébániához tartozó Palatincza r. k. tanítói állomásra ujból (Pályázat a
 pályázat hirdettetik. Ezen állomás jövedelme: 1) egy szobából és egy konyhaból cikói osztály-
 álló lakás, 30 □ ölj házi kert. 2) a hitközségtől élelmezés fejében 109 frt 50 kr. tanítói álló-
 o. é. 3) az államtól állandó segély címén 244 frt. o. é. készpénzben. Csak okle-
 veles tanítók, tanítónők és óvónők is pályázhatnak. A tannyelv: német és magyar.
 Pályázati határidő 1899 mártius hó 19-ig. Pályázati kérvények kellőleg felszerelve a
 r. k. iskolaszék elnökéhez Czikóba (Tolnamegye) u. p. helyben küldendök.

Georgius Fülöpp, cap. pont. ad honores par. Miszlaensis nominatus est vice-
 archidiaconus et schol. inspector districtus Simontornyaensis.

Personalia.

Joannes Kulcsár, parochus Garéensis constitutus est vice-arhidiaconus et
 schol. inspector districtus Némethiensis.

Ferdinandus Vörös, SS. Theol. Doctor, praebendatus Eccl. Cath. praesentatus et institutus est parochus in Bodony.

Christophorus Péhm administrator interimalis parochiae Németh-Ürrögh, in eadem qualitate translatus est ad parochiam vacantem Kis-Székely.

Alexander Götz, adjunct. sup. schol. dioec. insp. nominatus est administrator interimalis parochiae vacantis Németh-Ürrögh.

Francisco Wölfl cooperatori Somberekensi commissa est interim administratio parochiae Lancsuk.

Quinque-Ecclesiis, 7. Mart. 1899.

† Samuel m. p.
episcopus.

V.

1241
1899

DILECTO FILIO NOSTRO
JACOBO TIT. SANCTAE MARIAE TRANS TIBERIM
S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI GIBBONS
ARCHIEPISCOPO BALTIMORENSI

LEO PP. XIII.

DILECTE FILI NOSTER
SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Testem benevolentiae Nostrae hanc ad te epistolam mittimus, eius nempe benevolentiae, quam, diuturno Pontificatus Nostri cursu, tibi et Episcopis collegis tuis ac populo Americae universo profiteri nunquam destitimus, occasionem omnem libenter nacti sive ex felicibus Ecclesiae vestrae incrementis, sive ex utiliter a vobis recteque gestis ad catholicorum rationes tutandas et evehendas. Quin imo saepe etiam accidit egregiam in gente vestra indolem suspicere et admirari ad praeclara quaeque expperrectam, atque ad ea prosequenda, quae humanitatem omnem iuvant splendoremque civitatis. — Quamvis autem non eo nunc spectet epistola ut alias saepe tributas laudes confirmet, sed ut nonnulla potius cavenda et corrigenda significet; quia tamen eadem apostolica caritate conscripta est, qua vos et prosequuti semper et alloquuti saepe fuimus, iure expectamus, ut hanc pariter amoris Nostri argumentum censeatis; idque eo magis futurum confidimus quod apta nataqua ea sit ad contentiones quasdam extinguendas, quae, exortae nuper in vobis, etsi non omnium, at multorum certe animos, haud mediocri pacis detimento, perturbant.

Litterae
Apostolicae
de doctrina
et disciplina
Ecclesiae
ilibate custo-
dienda.

Compertum tibi est, dilecte Fili Noster, librum de vita *Isaaci-Thomae Hecker*, eorum praesertim opera, qui aliena lingua edendum vel interpretandum suscepserunt, controversias excitasse non modicas ob invectas quasdam de ratione christiane vivendi opiniones. Nos igitur, ut integrati fidei, pro supremo Apostolatus munere, prospiciamus et fidelium securitati caveamus, volumus de re universa fusiori sermone ad te scribere.

Novarum igitur, quas diximus, opinionum id fere constituitur fundamentum: quo facilius qui dissident ad catholicam sapientiam traducantur, debere Ecclesiam ad adulti saeculi humanitatem aliquanto propius accedere, ac, veteri relaxata seve-

ritate, recens inventis populorum placitis ac rationibus indulgere. Id autem non de vivendi solum disciplina, sed de doctrinis etiam, quibus *fidei depositum* continetur, intelligendum esse arbitrantur. Opportunum enim esse contendunt, ad voluntates discordium alliciendas, si quaedam doctrinae capita, quasi levioris momenti, praetermittantur, aut moliantur ita, ut non eumdem retineant sensum quem constanter tenuit Ecclesia. — Id porro, dilecte Fili Noster, quam improbando sit consilio ex cogitatum, haud longo sermone indiget; si modo doctrinae ratio atque origo repetatur, quam tradit Ecclesia. Ad rem Vaticana Synodus: „Neque enim fidei doctrina, quam Deus revelavit, velut philosophicum inventum proposita est humanis ingenii perficienda, sed tamquam divinum depositum Cristi Sponsae tradita fideliter custodienda et infallibiliter declaranda . . . Is sensus sacrorum dogmatum perpetuo est retinendus, quem semel declaravit Sancta Mater Ecclesia, nec unquam ab eo sensu altioris intelligentiae specie et nomine recedendum.¹“

Neque omnio vacare culpa censendum est silentium illud quo catholicae doctrinae principia quaedam consulto praetereuntur ac veluti oblivione obscurantur. — Veritatum namque omnium, quotquot christiana disciplina complectitur, unus atque idem auctor est et magister *Unigenitus Filius qui est in sinu Patris*.² Eadem vero ad aetates quaslibet ac gentes accomodatas esse, perspicue ex verbis colligitur, quibus ipse Christus apostolos est alloquutus: *Euntes docete omnes gentes... docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis; et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi.*³ Quapropter idem Vaticanum Concilium: „Fide divina, inquit, et catholica ea omnia credenda sunt, quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur, et ab Ecclesia, sive solemnni iudicio sive ordinario et universali magisterio tamquam divinitus revelata credenda proponuntur.⁴“ — Absit igitur ut de tradita divinitus doctrina quidpiam quis detrahat vel consilio quovis praetereat; id enim qui faxit, potius catholicos seiungere ab Ecclesia, quam qui dissident ad Ecclesiam transferre volet. Redeant, nil enim Nobis optatius, redeant universi, quicumque ab ovili Christi vagantur longius; non alio tamen itinere, quam quod Christus ipse monstravit.

Disciplina autem vivendi, quae catholicis hominibus datur, non eiusmodi est, quae, pro temporum et locorum varietate, temperationem omnem reiiciat. — Habet profecto Ecclesia, inditum ab Auctore suo, clemens ingenium et misericors; quam ob causam, inde a sui exordio, id praestitit libens, quod Paulus Apostolus de se profitebatur: *Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos.*⁵ — Aetatum vero praeteritarum omnium historia testis est, Sedem hanc Apostolicam,

¹ Const. de Fid. cath. c. IV.

² Ioann I, 18.

³ Matth. XXVIII. 19 s.

⁴ Const. de Fid. cath. c. III.

⁵ I Cor. IX, 22.

cui, non magisterium modo, sed supremum etiam regimen totius Ecclesiae tributum est, constanter quidem *in eodem dogmate, eodem sensu eademque sententia*¹ haesisse; at vivendi disciplinam ita semper moderari consueuisse, ut, divino incolumi iure, diversarum adeo gentium, quas amplectitur, mores et rationes nunquam neglexerit. Id si postulet animorum salus, nunc etiam facturam quis dubitet? — Non hoc tamen privatorum hominum arbitrio definiendum, qui fere specie recti decipiuntur; sed Ecclesiae iudicium esse oportet: in eoque acquiescere omnes necesse est, quicumque Pii VI decessoris Nostri reprehensionem cavere malunt. Qui quidem propositionem LXXVIII synodi Pistoriensis „Ecclesiae ac Spiritui Dei quo ipsa regitur iniuriosam edixit, quatenus examini subiiciat disciplinam ab Ecclesia constitutam et probatam, quasi Ecclesia disciplinam constituere possit inutilem et onerosorem quam libertas christiana patiatur.“

In causa tamen de qua loquimur, dilekte Fili Noster, plus affert periculi estque magis catholicae doctrinae disciplinaeque infestum consilium illud, quo rerum novarum sectatores arbitrantur libertatem quandam in Ecclesiam esse inducendam, ut, constricta quodammodo potestatis vi ac vigilantia, liceat fidelibus suo cuiusque ingenio actuosaeque virtuti largius aliquanto indulgere. Hoc nimirum requiri affirmant ad libertatis eius exemplum, quae, recentius inventa, civilis fere communitatibus modo ac fundamentum est. — De qua Nos fuse admodum loquuti sumus in iis Litteris, quas de civitatum constitutione ad Episcopos dedimus universos; ubi etiam ostendimus, quid inter Ecclesiam, quae iure divino est, intersit ceterasque consociationes omnes, quae libera hominum voluntate vigent. — Praestat igitur quandam potius notare opinionem, quae quasi argumentum affertur ad hanc catholicis libertatem suadendam. Aiunt enim, de Romani Pontificis infallibili magisterio, post solemne iudicium de ipso latum in Vaticana Synodo, nihil iam oportere esse sollicitos; quam ob rem, eo iam in tuto collocato, posse nunc ampliorem cuivis ad cogitandum atque agendum patere campum. — Praeposterum sane arguendi genus: si quid enim ex magisterio Ecclesiae infallibili suadet ratio, hoc certe est, ut ab eo ne quis velit discedere, imo omnes eidem se penitus imbuendos ac moderandos dent, quo facilius a privato quovis errore serventur immunes. Accedit, ut ii, qui sic arguunt, a providentis Dei sapientia discedant admodum; quae, quum Sedis Apostolicae auctoritatem et magisterium affirmata solemniore iudicio voluit, idcirco voluit maxime, ut pericula praesentium temporum animis catholicorum efficacius caveret. Licentia quae passim cum libertate confunditur; quidvis loquendi obloquendique libido; facultas denique quidlibet sentiendi litterarumque formis exprimendi, tenebras tam alte mentibus obfuderunt, ut maior nunc quam ante sit magisterii usus et necessitas, ne a conscientia quis officioque abstrahatur. — Abest profecto a Nobis ut quaecumque horum temporum ingenium parit, omnia repudie-

¹ Conc. Vatic. Ibid. c. IV.

imus; quin potius quidquid indagando veri aut enitendo boni attingitur, ad patrimonium doctrinae augendum publicaeque prosperitatis fines proferendos, libentibus sane Nobis, accedit. Id tamen omne, ne solidae utilitatis sit expers, esse ac vigere nequaquam debet, Ecclesiae auctoritate sapientiaque posthabita.

Sequitur ut ad ea veniamus quae ex his, quas attigimus, opinionibus sectaria veluti proferuntur; in quibus si mens, ut credimus, non mala, at certe res carere suspicione minime videbuntur. — Principio enim externum magisterium omne ab iis, qui christianae perfectioni adipiscendae studere velint, tamquam superfluum, immo etiam minus utile, reiicitur: ampliora, aiunt, atque uberiora nunc quam elapsis temporibus, in animos fidelium Spiritus Sanctus influit charismata, eosque, medio nemine, docet arcano quodam instinctu atque agit. — Non levis profecto temeritatis est velle modum metiri, quo Deus cum hominibus communiceat; id enim unice ex eius voluntate pendet, estque ipse munera suorum liberissimus dispensator. *Spiritus ubi vult spirat*¹. *Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi*². — Ecquis autem repetens Apostolorum historiam, exordientis Ecclesiae fidem, fortissimorum martyrum certamina et caedes, veteres denique plerasque aetates sanctissimorum hominum foecundissimas, audeat priora tempora praesentibus componere eaque affirmare minore Spiritus Sancti effusione donata? Sed, his omissis, Spiritum Sanctum secreto illapsu in animis iustorum agere eosque admonitionibus et impulsionibus excitare, nullus est qui ambigat; id ni foret, externum quodvis praesidium et magisterium inane esset. „Si quis . . . salutari. id est evangelicae praedicationi consentire posse confirmat, absque illuminatione Spiritus Sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo et credendo veritati, haeretico falitur spiritu“³. Verum, quod etiam experiendo novimus, hae Sancti Spiritus admonitiones et impulsiones plerumque, non sine quodam externi magisterii adiumento ac veluti comparatione, persentiuntur. „Ipse, ad rem Augustinus, in bonis arboribus cooperatur fructum, qui et forinsecus rigat atque excusat per quemlibet ministrum, et per se dat intrinsecus incrementum“⁴. Scilicet ad communem legem id pertinet, qua Deus providentissimus, uti homines plerumque fere per homines salvandos decrevit, ita illos, quos ad praestantiorem sanctimoniae gradum advocat, per homines eo perducendos constituit, „ut nimur, quemadmodum Chrysostomus ait, per homines a Deo discamus“⁵. Praeclarum eius rei exemplum, ipso Ecclesiae exordio, positum habemus: quamvis enim Saulus, *spirans minarum et caedis*⁶, Christi ipsius vocem audivisset ab eoque quae-

¹ Ioann. III, 8.

² Eph. IV, 7.

³ Conc. Arausie. II, can. VII.

⁴ De Grat. Christi c. XIX.

⁵ Hom. I, in Inscr. altar.

⁶ Act. Ap. c. IX.

sivisset: *Do mne, quid me vis facere;* Damascum tamen ad Ananiam missus est: *Ingredere civitatem, et ibi dicetur tibi quid te oporteat facere.* — Accedit praeterea, quod qui perfectiora sectantur, hoc ipso quod ineunt intentatam plerisque viam, sunt magis errori obnoxii, ideoque magis quam cetéri doctore ac duce indigent. — Atque haec agendi ratio iugiter in Ecclesia obtinuit; hanc ad unum omnes doctrinam professi sunt, quotquot, decursu saeculorum, sapientia ac sanctitate floruerunt; quam qui respuant, temere profecto ac periculose respuent.

Rem tamen bene penitus consideranti, sublato etiam externo quovis moderatore, vix apparet in novatorum sententia quorsum pertinere debeat uberior ille Spiritus Sancti influxus, quem adeo extollunt. — Profecto maxime in excolendis virtutibus Spiritus Sancti praesidio opus est omnino: verum qui nova sectari adamant, naturales virtutes praeter modum efferunt, quasi hae praesentis aetatis moribus ac necessitatibus respondeant aptius, iisque exornari praestet, quod hominem paratiorem ad agendum ac strenuiorem faciant. — Difficile quidem intellectu est, eos, qui christiana sapientia imbuantur, posse naturales virtutes supernaturalibus anteferre, maioremque illis efficacitatem ac foecunditatem tribuere. Ergone natura, accidente gratia, infirmior erit, quam si suis ipsa viribus permittatur? Num vero homines sanctissimi, quos Ecclesia observat palamque colit, imbecillos se atque ineptos in naturae ordine probavere quod christianis virtutibus excelluerunt? Atqui, etsi naturalium virtutum praeclaros quandoque actus mirari licet, quotus tamen quisque est inter homines qui naturalium virtutum habitu reapse polleat? Quis enim est, qui animi perturbationibus, iisque vehementibus non incitetur? Quibus constanter superandis, sicut etiam universae legi in ipso naturae ordine servanda, divino quodam subsidio iuvari hominem necesse est. Singulares vero actus, quos supra innuimus, saepe, si intimius perspiciantur, speciem potius virtutis quam veritatem p[re]ae se ferunt. — Sed demus tamen esse: si *currere in vacuum* quis nolit aeternamque oblivisci beatitatem, cui nos benigne destinat Deus, ecquid naturales virtutes habent utilitatis, nisi divinae gratiae munus ac robur accedat? Apte quidem Augustinus: „Magnae vires et cursus celerrimus, sed praeter viam.“¹ Sicut enim praesidio gratiae natura hominum, quae, ob communem noxam, in vitium ac dedecus prolapsa erat, erigitur novaque nobilitate evehitur ac robatur; ita etiam virtutes, quae non solis naturae viribus, sed eiusdem ope gratiae exercentur, et foecundae fiunt beatitatis perpetuo mansurae et solidiores ac firmiores existunt.

Cum hac de naturalibus virtutibus sententia, alia cohaeret admodum, qua christianae virtutes universae in duo quasi genera disperiuntur, in *passivas*, ut aiunt, atque *activas*; adduntque, illas in elapsis aetatibus convenisse melius, has cum praesenti magis congruere. — De qua quidem divisione virtutum quid sentendum sit, res est in medio posita; virtus enim, quae vere *passiva* sit, nec est nec

¹ In Ps. XXXI, 4.

esse potest. „Virtus, sic sanctus Thomas, nominat quandam potentiae perfectionem; finis autem potentiae actus est; et nihil est aliud actus virtutis, quam bonus usus liberi arbitrii¹; adiuvante utique Dei gratia, si virtutis actus supernaturalis sit. — Christianas autem virtutes, alias temporibus aliis accommodatas esse, is solum velit, qui Apostoli verba non meminerit: *Quos praescivit, hos et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui*². Magister et exemplar sanctitatis omnis Christus est; ad cuius regulam aptari omnes necesse est, quotquot avent beatorum sedibus inseri. Iamvero, haud mutatur Christus progradientibus saeculis; sed *idem heri et hodie et in saecula*³. Ad omnium igitur aetatum homines pertinet illud: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde*⁴; nulloque non tempore Christus se nobis exhibit *factum obedientem usque ad mortem*⁵; valetque quavis aetate Apostoli sententia: *Qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis suis*⁶. — Quas utinam virtutes multo nunc plures sic colerent, ut homines sanctissimi praeteritorum temporum! Qui demissione animi, obedientia, abstinentia, *potentes fuerunt opere et sermone, emolumento maximo nedum religiosae rei sed publicae ac civilis.*

Ex quo virtutum evangelicarum veluti contemptu, quae perperam *passivae* appellantur, primum erat sequi, ut religiosae etiam vitae despectus sensim per animos pervaderet. Atque id novarum opinionum fautoribus commune esse, coniicimus ex eorum sententiis quibusdam circa vota quae Ordines religiosi nuncupant. Aiunt enim, illa ab ingenio aetatis nostrae dissidere plurimum, utpote quae humanae libertatis fines coērceant; esseque ad infirmos animos magis quam ad fortis apta; nec admodum valere ad christianam perfectionem humanaeque consociationis bonum, quin potius utrique rei obstare atque rei obstare atqne officere. — Verum haec quam falso dicantur, ex usu doctrinaque Ecclesiae facile patet, cui religiosum vivendi genus maxime semper probatum est. Nec sane immerito: nam qui, a Deo vocati, illud sponte sua amplectantur, non contenti communibus praceptorum officiis, in evangelica euntes consilia, Christo se milites strenuos paratosque ostendunt. Hocne debilium esse animorum putabimus? aut ad perfectiorem vitae modum inutile aut noxiū? Qui ita se votorum religione obstringunt, adeo sunt a libertatis iactura remoti. ut multo pleniore ac nobiliore fruantur, ea nempe *qua Christus nos liberavit*⁷.

Quod autem addunt, religiosam vivendi rationem aut non omnino aut parum Ecclesiae iuvandae esse, praeterquamquod religiosis Ordinibus invidiosum est, nemo

¹ I. II. a. 1.

² Rom. VIII, 29.

³ Hebr. XIII, 8.

⁴ Matth. XI, 29.

⁵ Philip. II, 8.

⁶ Galat. V, 24.

Galat IV, 31.

unus certe sentiet, qui Ecclesiae annales evolverit. Ipsae vestrae foederatae civitates num non ab alumnis religiosarum familiarum fidei pariter atque humanitatis initia habuerunt? quorum uni nuper, quod plane vobis laudi fuit, statuam publice ponendam decrevistis. — Nunc vero, hoc ipso tempore, quam alacrem, quam frugiferam catholicae rei religiosi coetus, ubicumque ii sunt, navant operam! Quam pergunt multi novas oras Evangelio imbuere et humanitatis fines propagare; idque per summam animi contentionem summaque pericula! Ex ipsis, haud minus quam e clero cetero, plebs christiana verbi Dei paecones conscientiaeque moderatores, iuventus institutores habet, Ecclesia denique omnis sanctitatis exempla. — Nec discrimen est laudis inter eos qui actuosum vitae genus sequuntur, atque illos, qui, recessu delectati, orando afflictandoque corpori vacant. Quam hi etiam paeclare de hominum societate meruerint, mereant, ii norunt profecto qui, quid ad placandum conciliandumque Numen possit *deprecatio iusti assidua*¹, minime ignorant, ea maxime quae cum afflictione corporis coniuncta est.

Si qui igitur hoc magis adamant, nullo votorum vinculo, in coetum unum coalescere, quod malint, faxint; nec novum id in Ecclesia nec improbabile institutum. Caveant tamen ne illud pae religiosis Ordinibus extollant; quin potius, cum modo ad fruendum voluptatibus proclivius, quam ante, sit hominum genus, longe pluris ii sunt habendi, qui, *relictis omnibus, sequuti sunt Christum*.

Postremo, ne nimiis moremur, via quoque et ratio, qua catholici adhuc sunt usi ad dissidentes revocandos, deserenda edicitur aliaque in posterum adhibenda. — Qua in re hoc sufficit advertisse, non prudenter, dilecte Fili Noster, id negligi quod diu experiendo antiquitas comprobavit, apostolicis etiam documentis erudita. — Ex Dei verbo habemus², omnium officium esse proximorum saluti iuvandae operam dare, ordine graduque quem quisque obtinet. Fideles quidem hoc sibi a Deo assignatum munus utilime exequentur morum integritate, christiana caritatis operibus, instante ad Deum ipsum assiduaque prece. At qui e clero sunt idipsum praestent oportet sapienti Evangelii praedicatione, sacrorum gravitate et splendore, praecipue autem eam in se formam doctrinae exprimentes, quam Tito ac Timotheo Apostolus tradidit. — Quod si, e diversis rationibus verbi Dei eloquendi, ea quandoque paeferenda videatur, qua ad dissidentes non in templis dicant sed privato quovis honesto loco, nec ut qui disputent sed ut qui amice colloquantur; res quidem reprehensione caret: modo tamen ad id muneris auctoritate Episcoporum ii destinentur, qui scientiam integratemque suam antea ipsis probaverint. — Nam plurimos apud vos arbitramur esse, qui ignoratione magis quam voluntate a catholicis dissident; quos ad unum Christi ovile facilius forte adducet, qui veritatem illis proponat amico quodam familiarique sermone.

¹ Iac. v, 16.

² Eccli XVII, 4.

Ex his igitur, quae huc usque disseruimus, patet, dilecte Fili Noster, non posse Nobis opiniones illas probari, quarum summam *Americanismi* nomine nonnulli indicant. — Quo si quidem nomine peculiaria animi ornamenta, quae, sicut alia nationes alias, Americae populos decorant, significare velint; item si statum vestrum civitatum, si leges moresque quibus utimini, non est profecto cur ipsum reiiciendum censeamus. At si illud usurpandum ideo est, ut doctrinae superius allatae, non indicentur modo, immo vero etiam cohonestentur; quodnam est dubium, quin Venerabiles Fratres Nostri Episcopi Americae, ante ceteros, repudiatur ac damnaturi sint utpote ipsis totique eorum genti quam maxime iniuriosum? Suspicionem enim id iniicit esse apud vos, qui Ecclesiam in America aliam effingant et velint, quam quae in universis regionibus est. — Una, unitate doctrinae sicut unitate regiminis, eaque catholica est Ecclesia: cuius quoniam Deus in Cathedra Beati Petri centrum ac fundamentum esse statuit, iure Romana dicitur; *ubi enim Petrus, ibi Ecclesia*¹. Quam ob rem quicumque catholico nomine censeri vult, is verba Hieronymi ad Damasum Pontificem usurpare ex veritate debet: „Ego nullum primum, nisi Christum, sequens, beatitudini tuae, idest Cathedrae Petri communione consocior: super illam petram aedificatam Ecclesiam scio; quicumque tecum non colligit, spargit.“

Haec, dilecte Fili Noster, quae, singularibus litteris, officio muneris ad te damus, ceteris etiam foederatarum civitatum Episcopis communicanda curabimus; caritatem iterum testantes, qua gentem vestram universam complectimur; quae sicut elapsis temporibus multa pro religione gessit, maiora etiam in posterum, Deo feli-citer opitulante, praestituram portendit. — Tibi autem et fidelibus Americae omnibus Apostolicam benedictionem, divinorum subsidiorum auspicem amantissime im-pertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXII mensis Ianuarii MDCCCXCIX.
Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

124²

1899

Ex incidenti
solemnis ho-
magii natio-
num Christi
anarum, ex-
eunte saec.
XIX et ineun-

Nostis VV. FF. ac FF. DD. quantopere Beatissimus Pater Leo XIII. ex intimis praecordiis adsalutaverit et approbaverit consilium istud a viris de Ecclesia et fide bene meritis conceptum, ut saeculo hocce ad finem vergente et nova saeculi XX. aurora surgente, omnium in orbe Christi fidelium solemne homagium erga SS. Redemptorem eiusque in terris Vicarium, manifestetur.

te XX erga
Christum SS.
Redemptorem
manifestandi,
possint. Quaecunque enim bona, quaecunque sancta tot saeculorum decursu nobis themata elu-
cubranda Ven-
Clero prefi-
guntur.

Et sane tanta sunt a SSmo Salvatore per 19 saecula generi humano elar-gita beneficia, ut his majora sacratiorave in rebus divinis ac humanis vix cogitari manifestandi, possint. Quaecunque enim bona, quaecunque sancta tot saeculorum decursu nobis divinitus collata, Ipsi, cujus apparitione „allaviata est primum terra“ Isai c. 9. Qui

¹ S. Ambr. in Ps. XI, 57.

dissoluta acerba servitute peccati immanissimarumque passionum tyrannidem in homines obtinentium, ad suave et benignum humanitatis, fidei pietatisque in Deum iugum nos traduxit, in acceptis referri debent. Per novemdecim jam saeculorum spatium emensum probata est vis et virtus religionis Christianae in emendandis et transmutandis moribus et ingenis hominum incultorum. Sine hac essemus omnes nos filii errantes obscuritati ac tenebris ignorantiae ac opinionum dubiis et mutationibus obnoxii.

Sacratissimi hius regni Christi Domini vis operatrix ac virtus a nemine condigne unquam laudibus celebrari poterit. Dona Dei omnipotentis insignia in salvando genere humano ac opera magnifica, elogio efferre, cum luce clariora sint, superfluum esset.

Nemo quippe judicio a praecognitis opinionibus immuni praeditus negaverit, hoc ipsum regnum Christi, historia generis humani teste, omnes et singulos homines ad propriam ipsorum salutem operandam invitasse ac in unam magnam visibilem familiam per universum orbem diffusam indigentisque cunctis locorum, temporum et personarum apprime convenientem, ad finem usque saeculorum duraturam, coadunasse.

Hoc regnum Christi est, quod vinculo apostolicae unionis credentes coniungit et efficit, ut sit „unum ovile et unus pastor.“ Quod tot millia hominum cuiuscunque status et cuiuslibet aetatis justorum et sanctorum educavit et enutravit, virtutibus adeo praeclaris et miris, quarum par nullibi invenerimus locorum.

Hoc est, quod non homines solum iungit hominibus, at regna annexit regnis et populos addit ad nationes vinculo quadam invisibili et sacro, imo confinia evanescere facit regnorum, ita, ut non obstante illa varietate linguarum, morum ac consuetudinum orbem terrarum multiformitate et copia delectante, quounque illius aura pertingat, dulcis mortalibus patria arrideat, atque eandem fidem, eundemque cultum ac parem ubique terrarum inveniat vitae legem.

Regno Christi debemus omnia singulaque, quaecunque a patribus ad nos usque pervenerunt insignia pietatis specimina ac humanitatis documenta: scholas, artes, xenodochia, nosocomia, orphanotrophia, instituta plurima beneficentiae ac litteraria, solamina pauperum, refugia debilium, monumenta bonae voluntatis potentium.

Et quod pariter notum est omnibus: Romanum Pontificem, regni huius Christi caput esse visibile et cunctorum Christianorum Patrem, Pastorem, Christi in terris Vicarium, B. Petri Apostoli successorem ac unitatis Christianae centrum et fundamentum, super quod aedificata est Christi Ecclesia, a quo Ecclesia nequit divelli, cui debetur apostolica reverentia et honor. — Quicunque ideo retro abhinc saeculis ab origine cultus nominisque Christiani Ecclesiae verae catholicae voluerunt accenseri, has Summi Pontificis praerogativas venerati

sunt ac incunctanter fidei percepunt. Omnes ipsum agnoverunt supremum animarum Pastorem, in quo omnes doctores et fideles in unum conjunguntur regnum salutis, quod Christus Dominus Redemptor noster in terris condidit et cui Ipse invigilat ad finem usque saeculorum. Nisi cum ipso uniamus „erimus sicut parvuli fluctuantes et circumferemur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.“ Ephes. 4, 14. Ipso relicto, a capite nostro, quod in coelis est, cui divinitus inserendi sumus, ab alienaremur, neve partem haberemus in corpore mystico, quod unus spiritus regit, una fides animat, una spes erigit, una eademque caritas inflammat ac dicit et ad bona opera patranda inspirat.

Et cum hisce fides nostra inconcusse adstruatur, annon „regnum Marianum“ et „nobilis gens Hungarorum“, quae vixdum celebrabat annum millesimum, a quo in felici fertilissimaque ea regione, melle olim ac lacte manante stabile figendo domicilium ac bellicum furem exuendo, suave Christi jugum assumpserat, digne sane justeque elevat oculos mentemque ad omnium bonorum largitorem Deum et cui in acceptis referenda sunt haec dona, Christum, omnium Statorem ac Redemptorem, ad gratum suum animum eo solennius manifestandum, quo magis per id tempus intuetur se tantas inter angustias temporum totque inter calamitates, tot pericula atque caliginosa discrimina mille annorum decursu conservatam, fotam ac protectam, pereuntibus interea aliis nationibus ac gentibus vicinis, quae ipsam exulem ac patria extorrem benigna sorte quondam exceperent.

Vere dignae grates sunt a nobis et dupliciter quidem a natione catholica Hungarorum Omnipotenti Deo rependendae !

Quo latius autem id consilium exquamur, commissio internationalis ad manifestandum exeunte saec. XIX. et ineunte saec. XX. erga Christum Statorem ac SS. Redemptorem et eius in terris Vicarium, Romanum Pontificem, homagium, coaluit, cuius vestigiis inhaerendo similiter apud nos commissio regnicolaris est designata, cuius erit huius per universum orbem se manifestaturi homagii solemnia in regno nostro dirigere ac consideratis locorum et temporum adjunctis, executioni dare.

Nexu itaque huius ad *populum quo magis de ea religiose edocendum theses sequentes per modum concursus publici omnibus Dioecesis Meae sacerdotibus* propono, quas qui singulas optime elucubraverint, *honorarium litterarium per singulos arcus typographicos, e proprio meo peculio, 15 florenorum accepturi sunt, quasve singulas optimas commissione ad hoc delegata* decidendas Ego, *meis expensis, typis exprimi* et inter populum distribui procurabo. *Elaborata non excedant tres arcus typographicos.* Mittenda autem erunt elaborata ad Cancellariam Meam usque ad finem mensis Julii a. c. Sint vero themata elucubranda sequentia :

1. — Hogyan mutassuk ki hódolatunkat a XIX. század végén és a XX. század hajnalán a Megváltó Jézus iránt, és KrisztusUrunk földi helytartója, a Szent-séges római Pápa iránt?

2. — Mivel tartozik az ezeréves Magyarország az Isteni Gondviselésnek és Apostoli Szt. Széknek?

3. — A ker. vallás üdvös eredményei Magyarországon.

4. — A magyar szentek rövid története a nép számára.

1243

1899

Ad notitiam perfero Ven. Clero altissimam resolutionem a sua Sacratissima Apost. Reg. Majestate in merito computationis Congruae editam.

Legfelsőbb elhatározás. Vallás- és közoktatásügyi magyar miniszterem előterjesztésére megengedem, hogy a minden két szertartásu katholikus lelkészek és segédlelkészek jövedelmi összeirásainak a központi kongrua-bizottság által foganatba veendő felülvizsgálata alkalmával a következő kiigazítások eszközöltessenek:

Altissima
resolutio in
merito compu-
tationis
Congruae.

1. Az esketési stola-dijakból befolyó jövedelem az összes jövedelmi összeírásokban törlendő.

2. Hasonlóképen törlendő az anyakönyvi kivonatokból befolyó jövedelem valamint ezzel kapcsolatban az anyakönyvi jövedelmek az anyakönyvvezetési költség czimén felszámított 10%-a.

3. A lótartási átalány maximum 126 forintról 200 forintra emelendő és ehhez képest egy lótartásra 63 frt helyett 100 forint számítandó.

4. Káplántartás czimén 200 frt helyett 250 frt hozandó levonásba.

Ugyszintén megengedem, hogy a központi kongrua-bizottság az összes lelkészeti és segédlelkészeti jövedelmi összeirásokat felülvizsgálhassa és az általam 1895. évi április hó 16-án jóváhagyott szabályzat ellenére megállapított jövedelmi és kiadási tételeket kiigazithassa, illetőleg törölhesse.

A tiszteletű plébános urakat pedig bizalommal kérem, hogy ezen birálatnak külön lenyomatban ∵. mellékelt példányait elolvásás végett plebániájuk területén levő összes tanító uraknak átadni sziveskedjenek.

Pécsett, 1899. évi április hó 16-án.

Hanny Gábor
egyházm. tanfelügyelő.

1556

1899

A vásnoki tanítói állomás lemondás folytán megüresedvén, arra f. é. Pályázat a junius hó 30-ig pályázat hirdetetik. Az állomás jövedékét alkotják : tisztességes lakás, mellékhelyiségek és házi kerten kívül : 1. 4 katasztr. hold 1139 □ szántóföld ; 1 hold rét ; 650 □ kenderföld, mely ingatlanok öszjövedelmei a hitközség részéről 105 frt erejéig biztosítatnak. 2. 2 öl hasáb, 1 öl gömbölyü tűzifa ; egyenértéke : 25 frt ∵. Párbelekben : mintegy 33 mérő vegyes gabona : értéke 104 frt. 4. Páronként 40 kr. lélekpénz. Összesen mintegy 30 frt. 5. Tandíj és ismétlő iskolatartási dij 49 frt. 6. Szabad legeltetési jog ; évenként 4 malomfuvar. Ezek egyenértéke 5 frt. 7. Stoladijak a Vis. can. szerint. — Összesen : 316 frt. — Tannyelv magyar. Helyi kántori teendök végzendők. — Kellőleg felszerelt folyamodványok az isk. sz. elnökéhez Saásdra intézendők.

Paulus Gudler parochus Villányensis presentatus et institutus est parochus in Nagy-Nyárád. Personalia.

Ludovicus Faith, relevatus a munere S. Sedis notarii, constitutus est administrator in Villány.

Joannes Rajczy cooperator in Mohács obtinuit administraturam beneficii vacantis Szalatnak.

Franciscus Röszler cooperator in Bogdása renunciatus est administrator in Monostor.

Cooperatores missi sunt: Julius Szommer e Babarcz ad Mohács, Bonifatius Baán e Harkanovci ad Bogdása.

Aloysius Rausz neomysta accepta missione cooperator constitutus est in Babarcz.

Ferdinandus Lichtfusz ab administratione beneficii Szalatnak relevatus iacentiam obtinuit ad unum annum extra Dioecesim commorandi.

Quinque-Ecclesiis, 21. April. 1899.

† Samuel m. p.
episcopus.

VII.

1920

1899

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster LEO PAPA XIII. per Decretum Sacrorum Rituum Congregationis d. d. 27. Junii superioris anni Litanias Sacratissimi Cordis Jesu adprobavit illasque publice recitari vel decantari in Ecclesiis et Oratoriis dioecesium Massilien. et Augustodunen. atque Ordinis Visitationis B. M. V. benigne indulxit. Ex eo tempore Rmorum Sacrorum Antistitum et religiosarum familiarum piarumque consocationum petitiones ita frequentes ad Apostolicam Sedem pervenerunt ut in omnium votis pateret esse maiorem gloriam et laudem ipsius Ssni Cordis cum incremento pietatis per invocationes approbatas ubique diffundi, prouti Ss. Nomen Jesu per Litanias proprias, Rituali Romano insertas, in toto orbe catholico a Christifidelibus publica et communi laude celebratur. Accedit etiam quod Sanctissimus Dominus Noster pro devotione qua fervet erga Amantissimum Cor Jesu atque studio remedium afferendi malis quibus magis in dies premimur, eidem Sacratissimo Cordi consecrare intendit mundum universum. Haec autem consecratio ut solemniore rite fiat, triduanas preces, praedictis invocationibus adhibitis, propediem indicere decrevit. Eapropter Sanctissimus Dominus Noster ut Litaniae Sacratissimi Cordis Jesu iam probatae et indulgentiis tercentum dierum auctae ubique terrarum tum privatum tum publice recitari et decantari in posterum valeant, concedere dignatus est. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 2 Aprilis 1899.

Litaniae SS.
Cordis Jesu
ubique terra-
rum recitari
possunt.

C. Episcopus Praenestinus Card. MAZELLA S. R. C. Praefectus.

L. † S.

DIOMEDES PANICI, S. R. C. Secretarius.

1921

1899

S RITUUM CONGREGATIO.

A sacra Rituum Congregatione saepe postulatum est quaenam Oratoria ceu semipublica habenda sint. Constat porro Oratoria publica ea esse, quae auctoritate Ordinarii ad publicum Dei cultum perpetuo dedicata, benedicta, vel etiam solemniter consecrata, ianuam habent in via, vel liberum a publica via Fidelibus universum pandunt

Decretum su-
per Oratoriis
semipublicis.

ingressum. Privata e contra stricto sensu dicuntur Oratoria, quae in privatis aedibus in commodum alicuius personae, vel familiae ex Indulso Sanctae Sedis erecta sunt. Quae medium inter haec duo locum tenent, ut nomen ipsum indicat, Oratoria semi-publica sunt et vocantur. Ut autem quaelibet ambiguitas circa haec Oratoria amoveatur, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII. ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, statuit et declaravit: Oratoria semipublica ea esse, quae etsi in loco quodammodo privato, vel non absolute publico, auctoritate Ordinarii erecta sunt; commodo tamen, non Fidelium omnium nec privatae tantum personae aut familiae, sed alicuius communitatis, vel personarum coetus inserviunt. In his sicut auctoritate Ordinarii sacro-sanctum Missae Sacrificium offeri potest, ita omnes qui eidem intersunt, praecepto audiendi Sacrum satisfacere valent. Huius generis Oratoria sunt quae pertinent ad Seminaria et Collegia ecclesiastica; ad pia Instituta et Societates votorum simplicium, aliasque Communitates sub regula sive statutis saltem ab Ordinario approbatis; ad Domus spiritualibus exercitiis addictas; ad Convictus et Hospitia iuventuti litteris, scientiis, aut artibus instituendae destinata; ad Nosocomia, Orphanotrophia, nec non ad Arces et Carceres; atque similia Oratoria, in quibus ex instituto aliquis Christifidelium coetus convenire solet ad audiendam Missam. Quibus adiungi debent Capellae, in Coemeterio rite erectae, dummodo in Missae celebratione, non iis tantum ad quos perfinent, sed aliis etiam Fidelibus aditus pateat. Voluit autem Sanctitas Sua sarta et tecta iura ac privilegia Oratoriorum, quibus fruuntur Emi S. R. E. Cardinales, Rmi Sacrorum Antistites, atque Ordines Congregationesque Regulares. Ac praeterea confirmare dignata est Decretum in una Nivernen. die 8 Martii 1879. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 23 Januarii 1899.

C. Ep. PRAENESTINUS Card. MAZZELLA.

L. † S.

S. R. C. Praef.

Diomedes Panici S. R. C. Secretarius.

NIVERNEN.

Rmus D. Stephanus Antonius Lelong Episcopus Nivernen. quae sequuntur Sacrae Rituum Congregationi exposuit, opportunam declarationem seu resolutionem humillime expostulans, videlicet:

I. Potestne Episcopus iure ordinario concedere licentiam etiam plures Missas qualibet die celebrandi 1-o in Capillis seu Oratoriis publicis piarum Communitatium, etiam earum quae clausuram non habent; 2-o in Capillis seu Oratoriis piarum Communitatium, quae licet non habeant ingressum in via publica, inserviunt tamen quotidianis exercitiis totius Communitatis; 3-o in Capillis seu Oratoriis ad personas quidem privatas pertinentibus, sed quae sunt publica vel semipublica in eo sensu, quod habeant ingressum in via publica vel prope viam publicam ut semper cuilibet volenti intrare permittatur?

II. Potestne Episcopus alia Oratoria praeter Capellam seu principale Oratorium erigere in piis Communitatibus sive ob numerum Sacerdotum ibi degentium, ut ab omnibus Missa dici possit, sive in gratiam infirmorum qui nequeunt adire Capellam seu Oratorium principale?

III. Potestne Episcopus iure proprio concedere facultatem asservandi Ssmmm Sacramentum 1-o in Ecclesiis seu Capellis publicis quae tamen titulo parochiali non gaudent etsi utilitatibus Paroeciae inserviant; 2-o in Capellis piarum Communitatum publicis, id est quarum porta pateat in via publica vel in area cum via publica communicante, et quae habitantibus omnibus aperiuntur; 3-o in Capellis seu Oratoriis interioribus piarum Communitatum, quando non habent Capellam seu Oratorium publicum in sensu exposito ut evenit ex gr. in Seminariis?

IV. Potestne Episcopus iure proprio licentiam concedere uni Sacerdoti secundam Missam diebus Dominicis aut festivis de praecepto celebrandi 1-o in Oratoriis seu Capellis quae a S. Sede vel vi Indulti ab ea concessi fuerunt approbata, quando propter distantiam a parochiali Ecclesia ista secunda Missa proficere potest voto Parochianorum qui aliter Missam non audirent vel saltem difficillime; 2-o in duabus Ecclesiis in eadem Parochia existentibus quando pro utraque deservienda unicus adest Sacerdos, et tamen non sine detimento religionis Missa in una tantum celebraretur; 3-o in eadem Ecclesia quando aliter pars sat notabilis Parochianorum Missam non audiret; 4-o quando valde utilis est, sin autem necessaria ista secunda Missa ut communicari a Fidelibus cum maiori facilitate et aedificatione frequentius possit?

Sacra itaque Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, hisce postulatis sic respondit:

Ad I. Episcopus utatur iure suo in omnibus casibus expositis.

Ad II. Si porro ex piarum Communitatum conditione necessaria sit erectio alterius Oratori, pro eius erectione facultas erit a Sancta Sede obtainenda.

Ad III. Implorandum est indultum a Sancta Sede quoad omnia postulata.

Ad IV. Posito quod Episcopus iam facultatem obtainuerit a S. Sede concedere Sacerdotibus suae Dioecesis indultum bis in die festo Sacrum litandi, erit suaे prudentiae hac speciali facultate in casu necessitatis pro populi bono uti; si vero eiusmodi facultate ipse non sit instructus, eam impetrare poterit. Atque ita respondit ac declaravit. Die 8 Martii 1879.

Ita reperitur in Actis et Regestis Sacrorum Rituum Congregationis. Die 23. Januarii 1899.

L. † S.

DIOMEDES PANICI S. R. C. Secretarirus.

1922

1899

De lingua Slavica in S. vinciarium Gorifien., Jadren. et Zagabrien. Litterae de usu linguae slavicae in Sacra Liturgia decreta s.

Rit. Congregationis. Quae praecipue observanda sunt, vel cavenda, circa usum palaeoslavici idiomatis in sacra liturgia, Sacra haec Congregatio jam edixit die 13. Februarii 1892; atque iis opportune significavit Slavorum Meridionalium Episcopis, qui ecclesiis praesunt, ubi ejusmodi praxis invaluit. Quum vero hac super re Apostolicae Sedi nova proposita sint dubia, Ssmus D. N. Leo div. prov. Papa XIII. pro sua erga Slavos paterna sollicitudine, ad praedictas normas enucleandas et firmandas, omnemque removendam perplexitatem, grave hoc negotium peculiaris coetus S. R. E. Cardinalium examini submitti jussit.

Re igitur in omnibus mature perpensa, attentisque Summorum Pontificum Constitutionibus et Decretis, praesertim Innocentii IV., qui Episcopis Senien. a. 1248. et Veglen. a. 1252. slavica utendi lingua concessit licentiam, in illis dumtaxat partibus, ubi de consuetudine observantur praemissa, dummodo ex ipsius varietate litterae sententia non laedatur; item Urbani VIII., cuius jussu a. 1631. libri liturgici glagolitice editi sunt, ad usum ecclesiarum, ubi hactenus praefato idiomate celebratum fuit, nisi maluerint latino; nec non Benedicti XIV., qui novam ipsorum librorum editionem a. 1754. authenticam declaravit, pro iis, qui ritum slavolatinum profitentur ac demum Pii VI., qui a. 1791. Breviarium ejus auspiciis denuo impressum recognovit, iidem Emmi Patres eas, quae sequuntur, regulas statuerunt, illasque Sanctitas Sua ratas habuit, adprobavit et in posterum ab omnibus inviolate servari mandavit:

I. Usus palaeoslavicae linguae in sacra liturgia considerari et haberi debet velut reale privilegium certis inhaerens ecclesiis, minime vero ad instar privilegii personalis, quod nonnullis sacerdotibus competit. Episcoporum igitur officii munus erit, in unaquaque dioecesi quam primum confidere indicem seu catalogum ecclesiarum omnium et singularum, quas certo constet in praesens ea concessione rite potiri. — Ad dubia porro amovenda, asserti privilegii probatio desumatur ex documentis ac testimentiis, quae in tuto ponant et probe demonstrent, illud invaluisse et reapse vigere triginta saltem abhinc annis; quod temporis spatium in re praesenti tamquam sufficiens habetur ex indulgentia speciali Sanctae Sedis. Si quae deinceps controversiae aut difficultates in ejusmodi probationum negotio oriantur, illas Episcopi Sacrae Rituum Congregationi subjiciant, rerum adiuncta explicate et distincte exponendo, pro singulorum casuum solutione.

II. Praedicto ecclesiarum privilegiatarum indice semel confecto et publicato, nulli prorsus licebit in aliis ecclesiis quacunque ratione vel quovis praetextu, linguam

palaeoslavicam in sacram liturgiam inducere; si quid vero secus aut contra contigerit attentari, istiusmodi ausus severa coercitione reprimantur.

III. In ecclesiis, quae supra memorato gaudent privilegio, Sacrum facere et Officium persolvere publica et solemnri ratione permissum exclusive erit palaeoslavico idiomate, quacumque seclusa alterius linguae immixtione. Libri ad Sacra et ad Officium adhibendi characteribus glagoliticis sint excusi, atque ab Apostolica Sede recogniti et adprobati; alii quicumque libri liturgici, vel alio impressi charactere, vel absque approbatione Sanctae Sedis, vetiti omnino sint et interdicti.

IV. Ubi cumque populus sacerdoti celebranti respondere solet, aut nonnullas Missae partes canere, id etiam nonnisi lingua palaeoslavica in ecclesiis privilegiatis fieri licebit. Idque ut facilius evadat, poterit Ordinarius fidelibus exclusive permittere usum manualis libri latinis characteribus, loco glagoliticorum, exarati.

V. In praefatis ecclesiis, quae concessionem linguae palaeoslavicae indubitanter fruuntur, Rituale slavico idiomate impressum adhiberi poterit in Sacramentorum et sacramentalium administratione, dummodo illud fuerit ab Apostolica Sede recognitum et probatum.

VI. Sedulo current Episcopi in suis Seminariis, studium provehere cum latinae linguae, tum palaeoslavicae, ita ut cuique dioecesi necessarii sacerdotes praestosint ad ministerium in utroque idiomate.

VII. Episcoporum officium erit, ante Ordinationem sacram, designare clericos, qui latinis, vel qui palaeoslavicis ecclesiis destinentur, explorata in antecedente promovendorum voluntate et dispositione, nisi aliud exigat ecclesiae necessitas.

VIII. Si quis sacerdos, addictus ecclesiae, ubi latina adhibetur lingua, alteri debeat ecclesiae inservire, quae palaeoslavici fruitur idiomatici privilegio, Missam solemnem ibi celebrare, Horasque canere tenebitur lingua palaeoslavica; attamen illi fas erit privatim Sacra peragere et Horas canonicas persolvere latina lingua. Idem vicissim dicatur de sacerdote, palaeoslavici idiomatici ecclesiae adscripto, cui forte latinae ecclesiae deservire contigerit.

IX. Licebit pariter sacerdotibus latini eloquii ecclesiae inscriptis in aliena ecclesia, quae privilegio linguae palaeoslavicae potitur, Missam privatam celebrare latino idiomate. Vicissim sacerdotes, linguae palaeoslavicae ecclesiis addicti, eodem idiomatici Sacrum privatim facere poterunt in ecclesiis, ubi latina lingua adhibetur.

X. Ubi usus invaluit, in Missa solemnri Epistolam et Evangelium slavice canendi, post eorumdem cantum latino ecclesiae ipsius idiomatici absolutum, hujusmodi praxis servari poterit, dummodo adhibeatur lingua palaeoslavica. In Missis autem parochialibus fas erit, post Evangelii recitationem, illud perlegere vulgari idiomatici, ad pastoralem fidelium instructionem.

XI. Si forte in paroeciis, quae linguam habent palaeoslavicam, aliquis e fidelibus prolem renuat sacro sistere fonti, nisi Rituall Latino baptismus conferatur; vel si qui matrimonium recusent celebrare, nisi Latina lingua sacer absolvatur ritus,

Parochus opportune illos instruat, moneatque; et si adhuc in propria sententia persistant, baptismum, aut benedictionem nuptialem privatim latina lingua ministret. Vicissim agatur in paroecia latinae linguae, si quis slavico idiomate ritus praedictos omnino peragi similiter exigat.

XII. In praedicatione verbi Dei, aliisve cultus actionibus, quae stricte liturgicae non sunt, lingua slavica vulgaris adhiberi permittitur ad fidelium commodum et utilitatem, servatis tamen generalibus Decretis hujus S. Rituum Congregationis.

XIII. Episcopi illarum regionum, ubi eadem in usu est lingua vernacula, studeant uniformi curandae versioni precum et hymnorum, quibus populus indulget in propria ecclesia, ad hoc, ut qui ex una ad aliam transeunt dioecesim vel paroeciam, in nullam offendant precationum aut canticorum diversitatem.

XIV. Pii libri, in quibus continetur versio vulgata liturgicarum precum ad usum tantummodo privatum christifidelium, ab Episcopis rite recogniti sint et approbati.

Datum Romae, ex Secretaria Ss. Rituum Congregationis, die 5. August. anno 1898. C. Card. MAZZELLA, S. R. C. Praefectus. (L. † S.) D. Panici, S. R. C. Secretarius.

1923

1899

Praefatio non
est pulsu or-
gani comi-
tanda.

Praxis invaluit hinc inde, ut sacerdotem, Praefationem in Missae sacrificio canentem, commitentur organa.

D U B I U M.

Proposito dubio: An in cantu Praefationis et Orationis Dominicalis quoties Missae decantantur, organa pulsari queant? Sacra Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, et auditio voto Commissionis Liturgicae, respondendum censuit: Obstat Caeremoniale Episcoporum lib. I. cap. 28. n. 9. quod servandum est. Atque ita rescripsit. Die 27. Januarii 1899.

C. CARD. MAZZELLA, S. R. C. Praef.

L. † S.

DIOMEDES PANICI, Secret.

1924

1899

Beatissime Pater!

Resolutio
quoad absolu-
tionem a ca-
sibus Ro-
mano Ponti-
fici reservatis:

Sacerdos N. N. ad Santitatis Vestrae pedes provolutus, sequentium dubiorum solutionem humiliter efflagitat:

I. Utrum decretum S. R. et U. Inquisitionis datum sub die 23. Junii 1886. intelligendum sit tantum de iis, qui corporaliter S. Sedem adire nequeunt; vel

etiam de iis, qui ne per litteras quidem per se, neque per confessarium, ad S. Sedem recurrere valent?

II. Et quatenus decretum praedictum extendi debeat etiam ad eos, qui ne per litteras quidem ad S. Sedem recurrere valent, quomodo se gerere debeat Confessarius?

Et Deus etc.

Feria IV. die 9. Novembris 1898.

In Congregatione Generali coram EE.-mis ac RR.-mis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt.

Ad I. et II. Quando neque confessarius neque poenitens epistolam ad S. Poenitentiariam mittere possunt, et durum sit poenitenti adire alium confessarium, in hoc casu liceat confessario poenitentem absolvere etiam a casibus S. Sedi reservatis absque onere mittendi epistolam, facto verbo cum SS.-mo.

Sequenti vero sabbato die 12. eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII. R. P. D. Adssessori impertita, SS.-mus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit et confirmavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. In quis. Not

1925

1899

S. C. INDULGENTIARUM.

Urbis et Orbis.

Quum huic S. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita*Indulgentiae*
ex ipsa sui institutione munus demandatum sit vigilandi, ne in christiano populo
falsae et apocryphae, vel jam revocatae a RR. PP. Indulgentiae temere evulgentur,
pluries ab ea quaesitum est, num indulgentiae mille sive etiam plurium millium
annorum, quae in nonnullis Summariis et etiam in Pontificiis Constitutionibus legun-
tur, sint retinendae uti verae, an potius inter apocryphas amandandae, ea potis-
simum de causa quod immoderatae viderentur.

*mille vel plu-
rium millium
annorum
revocatae
declarantur.*

Porro quum haec S. C. generatim animadverterit praedictarum Indulgen-
tiarum concessionem, ut plurimum, nulli aut suppositio niti fundamento, praeterea-
que perpenderit id quod Sacrosancta Tridentina Synodus Sess. 25. cap. XXI Decret.
de indulg. docuit, in concedendis nimirum Indulgentiis moderationem esse adhi-
bendam, ne nimia facilitate ecclesiastica disciplina enervetur; opportunum esse cen-
suit, sicut alias peragere consuevit, ut Indulgentiae omnes, quae mille vel plurium
millium annorum numerum attingunt, praetermissa an veris sint accensendae vel apoc-
ryphis, revocarentur et abrogarentur; id enim postulare videbantur et mutata temporum
adiuncta, et modo vigens in Ecclesia disciplina.

Emmi itaque Patres huic S. Congregationi praepositi, in generalibus Comitiis ad Vaticanam habitis die 5. Maii 1898. omnibus mature perpensis, unanimi suffragio rescripserunt: Indulgentias omnes mille vel plurium millium annorum omnino esse revocandas, si SSmo placuerit.

Facta autem de his omnibus relatione SSmo Dno Nostro Leoni Papae XIII. in Audientia habita die 26. Maii 1898. ab infrascripto Card. Praefecto, Sanctitas Sua Eminentissimorum Patrum sententiam ratam habuit et confirmavit, mandavitque per generale Decretum declarari omnes Indulgentias mille vel plurium millium annorum, quae hucusque concessae dicuntur aut sunt, revocatas esse, et uti revocatas ab omnibus habendas. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregation. die 26. Mai 1898.

Fr. H. M. Card. GOTTI, Praef. I. M. a Can. COSSELLI, Substit.

† A. Archiepisc. ANTINOEN., Secret.

1926

1899

Ministeri kör-
rendelet az 5.
és 6. elemi
népiskolai év-
folyam és is-
métlő iskola
törvényszabta
megtartásáról.

A nm. vallás- és közoktatásügyi m. kir. minister ur valamennyi közigazgatási bizottsághoz a következő körrendeletet intézte: Vallás- és közoktatásügyi m. kir. ministertől 28352/1899. szám. Az 1897/98-ik tanévre vonatkozó népoktatási statisztikai adatokból arról gyözödtem meg, hogy az ország 16.769 elemi népiskolája közt levő 11.927. egy tanítós, osztatlan elemi iskoláknak csak 59·8%-ában, vagyis 7142-ben, — a 4842 több tanítós osztott elemi iskola közt pedig ezek 76·7%-ában, vagyis 3813. elemi iskolában, volt meg a törvényszabta hat éves minden napos évfolyam: összesen tehát csak 10.854 elemi népiskolában, 64·7% arányban tettek eleget az iskola fentartók az 1868. évi 38. t. cz. 1. §. és 48. §-ai azon rendelkezéseinek, mely szerint a minden nap iskolázás hat évig tart, illetve a minden nap iskolázás hat évfolyammal bir.

Minthogy pedig a törvény ezen érintett rendelkezése nemcsak azt jelenti, hogy a tanköteles gyermek hat éven keresztül minden nap iskolába járására szorítassák, hanem azt is, hogy ezen hat évi idő alatt a népiskola számára törvényben előírt ismereteket a növendékek elsajátitsák, tehát azon kötelezettedtantárgyakban, a melyek a népiskola hat évi minden nap tanfolyamára fölosztva, a törvény 56. §-a értelmében kiadott tantervben osztályról osztályra megjelöltetek és körülirattak, — kerekded befejezett kiképzést nyerjenek, — az elemi népiskolák mellől az 5. és 6-ik osztályoknak elhagyása, illetve a növendékeknek az 5-ik és 6-ik évfolyamnak megfelelő tantervszerű kiképzésének elmulasztása annál inkább törvényellenes állapotot képez, mert ekkép egyes, az 1868. évi 38. t. cz. 55-ik illetve 11-ik szakaszában megjelölt kötelezettedtantárgyak (minök: történelem, általános földrajz, polgári jogok és kötelességek, természettani tárgyak, gazdaságtan) melyeknek oktatását a népiskolai tanterv az 5-ik és 6-ik iskolai évre szabja meg, az elemi

népiskolai oktatás keretéből kímaradnak, s ezen hiánynyal az elemi népiskolai oktatás törvényszerü feladatát megoldani nem képes.

Ugyancsak az 1897/98. tanévről egybegyűjtött adatokból meggyözödtem, hogy a 16.769 népiskola közül csak 13.880 mellett volt ismétlő iskola, tehát a népiskolák 17.3 százalékában nem volt elégteve a 1868. XXXVIII. t. cz. 50. szakaszában foglalt azon rendelkezésnek, a mely szerint a 12-ik évet betöltött s általában azon gyermekek, kik a minden nap iskola egész tanfolyamát bevégezték, az ismétlő iskolába kötelesek járni.

Az e részbeli hiány legfeltünöbb a községi iskoláknál, mert 1775 ilyen iskola közül, csupán 575-nél és a felekezeti iskoláknál, mert 13.361 ilyen iskola közül 10779-nél volt ismétlő iskolai tanfolyam.

Hivatkozással e végböl a kir. tanfelügyelőkhöz az 1874. évi július hó 15-én 19.424. és 1877. évi augusztus hó 26-án 21678. sz. a. intézett körrendeletre, felhívom a közigazg. bizottságot, hogy az elemi népiskolákban a törvényszerü egész hat évfolyamban az 5-ik és 6-ik osztálynak, továbbá az általános ismétlő, illetve az 1996. évi 60764. sz. a kiadott szervezet szerinti gazdasági ismétlő iskolának keresztül vitelére minden jellegű iskolánál a leggondosabb figyelemmel legyen és az 5-ik és 6-ik osztály valamint a három évfolyamu ismétlő iskolázás behozatalát elmulasztó népiskolák tanítóival szemben, amennyiben azok felekezetiek, az illető egyházi főhatóságokhoz forduljon, s a szükséghoz képest ide jelentést tegyen, amennyiben pedig állami, községi, magán vagy társulati elemi iskolai tanítóknál tapasztalná e mulasztást, a melyet az illetők p. o. az iskola fokozatos fejlődésével igazolni nem tudnának, ezen mulasztás megtorlására a maga rendes utján intézkedjék. — Budapest 1899. évi április hó 21-én. Wlassics Gyula.

A nm. minister ur fenti rendeletét azon meghagyással közlöm a t lelkész urakkal, mint az iskolászékek elnökeivel valamint a kerületi tanfelügyelő urakkal, hogy a mennyiben az igazgatásuk alatt álló iskolában a törvényszabta 5-ik és 6-ik évfolyam netán hiányoznék avagy a 13—15 éves tanköteles gyermekek számára ismétlő iskola nem tartatnék az 1899—1900 tanév kezdetétől ezen hiányok okvetlenül pótoltassanak.

1927

1899

Paulus Markovics curatus in Harcz die 10-a Maji a. c. diuturnae infirmitati obitus Paulus succumbens e mortali hac vita ad aeternitatem migravit, anno aetatis suae 43, Markovics presbyteratus vero 17.

1928

1899

Paulo Markovics curato Harcensi defuncto curatia haec liberae collationis Episcopalis vacans reddita est. Qui animo ducuntur beneficium hoc consequendi, recursum suum usque finem mensis Junii mihi substernant,

Concursus
pro Curatia
Harcz.

1929

1899

Concursus
Clericorum
pro suscepti-
one in semi-
narium.

Examen concursuale suscipiendorum ad Seminarium meum juvenum die 3. et 4. Julii a. h. asservabitur. Qua de re DD. Curati illos IV, V, VI, VII et VIII. classis gymnasialis juvenes, qui studia sua bono successu terminarunt et albo Cleri junioris adscribi cupiverint, eo addito, edocere, velint, ut testimoniis scholasticis anni currentis schol. et litteris baptismalibus provisi die 3-o Julii a. c. horis matutinis, in aedibus Seminarii se insinuent.

1930

1899

Diversae pla-
gulae typis
exscriptae
Ven. Clero
communican-
tur.

His litteris circularibus adnectuntur in usum Ven. Cleri sequentes plagulae typis impressae:

1. Missa S. Antonii Mariae Zaccaria Confessoris. Die 5-a Julii.
2. Officium ejusdem sancti.
3. Mutationes in directorio pro anno 1899 suscipienda propter Officium novissimum S. Antonii M. de Zaccaria.
4. Rationes Officii fund. gen. dioec. de fundo emeritorum sacerdotum et docentium.
5. Phylirae rubricis impressae ad exhibendum statum catechesis scholarum elementarium.

1931

1899

Az országos
kath. tanítói
segélyalap
ügyében fel-
livás.

AZ ORSZÁGOS KATH. TANITÓI SEGÉLYALAP ELNÖKSÉGE.

Felhívás.

(125. számhoz.) Az országos kath. tanítói segélyalap minden tagjai, kik az alapszabályok 8. és 15. §§-ai értelmében ösztöndíjak és segélypénzek elnyerhetésére jogosultak, ezennel félhivatnak, hogy kellően felszerelt folyamodványait az alapszabályok 20. §-ának e) pontja szerint az alesperes-kerületi alapgyűjtőbizottság, illetve az alesperes-kerületi tanfelügyelői hivatal utján az illető egyházmegyei főtiszttelendő hatósághoz folyó évi julius hó 15-ig indokolt javaslat kíséretében beterjesszék.

Szives tájékozásul megjegyzem, miszerint a központi bizottság határozata értelmében maga a folyamodvány, a benne foglalt adatok és indokok hitelesítése végett az illetékes plébános által aláirandó és ezen hitelesítés sem községi, sem működési hizonyitvánnyal nem helyettesithető.

Egyúttal megjegyzem, hogy az Alap azon t. tagjai, akik a legutóbbi három év folyamán támogatásban részesültek, a segélypénzek jelen évi kiosztásánál segélyre nem számithatnak.

Tekintettel a beiratási időre, iskolai bizonyítványokat legcélszerűbb hiteles másolatban csatolni.

Azon folyamodványok, melyekhez tagsági könyvecske nincs mellékelve, vagy melyek nem az egyházi hatóság útján, vagy a kitüzött határidőn túl érkeznek be, nem fognak figyelembe vétetni.

Esztergom, 1899. évi május hó 16-án.

Dr. WALTER GYULA

az orsz. kath. tanítói segélyalap közp. bizottságának elnöke.

A tiszt. plébános urak felhivatnak, hogy jelen felelhivást a plebániájuk területén működő összes r. k. tanítókkal közölni sziveskedjenek.

1932

1899

A baranya-nádasdi II. osztálytanítói állomásra pályázat hirdettetik. Fizetése : 1.) egy butorozatlan szoba és annak fűtése; 2.) a kántortanítótól évi 150 frt, vagy megegyezés esetén ennek fejében teljes ellátás; 3.) a hitközségtől évi 250 forint, amely összegben a törvényes lakás és kert hiányának váltsága is foglaltatik. Kötelessége egy minden nap és egy ismétlő iskolát önállóan vezetni és a kántori teen-dőkben segédkezni. Tannyelv német és magyar. Folyamodási határidő junius 29-éig, az állomás azonban csak szeptember 1-én foglalandó el. A folyamodványok a baranya-nádasdi rk. iskolaszék elnökségéhez intézendők.

Pályázat a
baranya-ná-
dasdi osz-
tálytanítói
állásra.

Alexander Götz canonicam obtinuit investitram in beneficio parochiali Lancsuk.

Personalia.

Ludovicus Razgha administrator Zombaensis, controverso patronatu, jure devolutionis ibidem constitutus est parochus.

Otto Szákovics cooperator in Mária-Kéménd nominatus est archivarius Officii Episcopalis.

Guilelmus Heindl subsidiarius in Harcz ibidem interimalis renunciatus est administratrator.

Franciscus Varga cooperator in Mária-Kéménd in eodem munere missus est ad Harkanovei.

Vincentius Basilius Budanovics presbyter Ord. S. Francisci Prov. SSmi Salvatoris, ad annum in Dioecesin receptus, qua cooperator dispositus est ad Mária-Kéménd.

Quinque-Ecclesiis, 19. Maii 1899.

† Samuel m. p.
episcopus.

VIII.

LITTERAE ENCYCLICAE DE HOMINIBUS SACRATISSIMO CORDI IESU DEVOVENDIS

VENERABILIBVS FRATRIBVS PATRIARCHIS PRIMATIBVS ARCHIEPISCOPIS ALIIS-
QVE LOCORUM ORDINARIIS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE
HABENTIBVS

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Annum Sacrum, more institutoque maiorum in hac alma Urbe proxime celebrandum, per apostolicas Litteras, ut probe nostis, nuperrime indiximus. Hodie autem die, in spem auspiciunque peragendae sanctius religiosissimae celebritatis, auctores suasoresque sumus praeclarae cuiusdam rei, ex qua quidem, si modo omnes ex animo, si consentientibus libentibusque voluntatibus paruerint, primum quidem nomini christiano, deinde societati hominum universae fructus insignes non sine caussa exspectamus eosdemque mansuros.

Probatissimam religionis formam, quae in cultu Sacratissimi Cordis Iesu versatur, sancte tueri ac maiore in lumine collocare non semel conati sumus, exemplo Decessorum Nostrorum Innocentii XII, Benedicti XIII, Clementis XIII, Pii VI eodemque nomine VII ac IX: idque maxime per Decretum egimus die XXIII Iunii mensis an. MDCCCLXXXIX datum, quo scilicet Festum eo titulo ad ritum primae classis eveximus. Nunc vero luculentior quaedam obsequii forma obversatur animo, quae scilicet honorum omnium, quotquot Sacratissimo Cordi haberi consueverunt, velut absolutio perfectioque sit: eamque Iesu Christo Redemptori pergratam fore confidimus. Quamquam haec, de qua loquimur, haud sane nunc primum mota res est.

Etenim abhinc quinque ferme lustris, cum saecularia solemnia imminerent iterum instauranda posteā quam mandatum de cultu divini Cordis propagando beata Margarita Maria de Alacoque divinitus acceperat, libelli supplices non a privatis tantummodo, sed etiam ab Episcopis ad Pium IX in id undique missi complures, ut communitatem generis humani devovere augustissimo Cordi Iesu vellet. Differri placuit rem, quo decerneretur maturius: interim devovendi sese singillatim civitatibus data facultas volentibus, praescriptaque devotionis formula. Novis nunc accendentibus causis, maturitatem venisse rei perficiendae iudicamus.

Atque a.nplissimum istud maximumque obsequii et pietatis testimonium omnino convenit Iesu Christo, quia ipse princeps est ac dominus summus. Videlicet imperium eius non est tantummodo in gentes catholici nominis, aut in eos solum, qui sacro baptismate rite abluti, utique ad Ecclesiam, si spectetur ius, pertinent, quamvis vel error opinionum devios agat, vel dissensio a caritate seiungat: sed complectitur etiam quotquot numerantur christiana fidei expertes, ita ut verissime in potestate Jesu Christi sit universitas generis humani. Nam qui Dei Patris Unigenitus est, eamdemque habet cum ipso substantiam, splendor gloriae et figura substantiae eius¹⁾, huic omnia cum Patre communia esse necesse est, proptereaque quoque rerum omnium summum imperium. Ob eam rem Dei Filius de se ipse apud Prophetam, Ego autem, effatur, constitutus sum rex super Sion montem sanctum eius. — Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie, genui te. Postula a me, et dabo Tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae²⁾. Quibus declarat, se potestatem a Deo accepisse cum in omnem Ecclesiam, quae per Sion montem intelligitur, tum in reliquum terrarum orbem, qua eius late termini proferuntur. Quo autem summa ista potestas fundamento nitatur, satis illa docent, Filius meus es tu Hoc enim ipso quod omnium Regis est Filius, universae potestatis est heres: ex quo illa, dabo Tibi gentes hereditatem tuam. Quorum sunt ea similia, quae habet Paulus apostolus: Quem constituit heredem universorum³⁾.

Illud autem considerandum maxime, quid affirmaverit de imperio suo Iesus Christus non iam per apostolos aut prophetas, sed suis ipse verbis. Quaerenti enim romano Praesidi: ergo rex es tu? sine ulla dubitatione respondit: tu dicas quia rex sum ego⁴⁾. Atque huius magnitudinem potestatis et infinitatem regni illa ad Apostolos apertius confirmant: Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra⁵⁾. Si Christo data potestas omnis, necessario consequitur, imperium eius summum esse oportere, absolutum, arbitrio nullius obnoxium, nihil ut ei sit nec par nec simile: cumque data sit in caelo et in terra, debet sibi habere caelum terrasque parentia. Re autem vera ius istud singulare sibique proprium exercuit, ius-

¹⁾ Hebr. I, 3. — ²⁾ Ps. II. — ³⁾ Heb, I, 2. — ⁴⁾ Ioan. XVIII, 37. — ⁵⁾ Matt. XXVIII, 18.

sis nimirum Apostolis evulgare doctrinam suam, congregare homines in unum corpus Ecclesiae per lavacrum salutis, leges denique imponere, quas recusare sine salutis sempiternae discriminē nemo posset.

Neque tamen sunt in hoc omnia. Imperat Christus non iure tantum nativo, quippe Dei Unigenitus, sed etiam quaesito. Ipse enim eripuit nos de potestate tenebrarum⁶⁾, idemque dedit redēptionem semet ipsum pro omnibus⁷⁾. Ei ergo facti sunt populus acquisitionis⁸⁾, non solum et catholici et quotquot christianum baptismā rite accepere, sed homines singuli et universi. Quam in rem apte Augustinus: queritis, inquit, quid emerit? Vide te quid dederit, et invenietis quid emerit. Sanguis Christi pretium est. Tanti quid valet? quid, nisi totus mundus? quid nisi omnes gentes? Pro toto dedit, quantum dedit⁹⁾.

Cur autem ipsi infideles potestate dominatique Iesu Christi teneantur, caussam sanctus Thomas rationemque, edisserendo docet. Cum enim de iudiciali eius potestate quæsisset, num ad homines porrigitur universos, affirmassetque, iudicaria potestas consequitur potestatem regiam, plane concludit: Christo omnia sunt subiecta quantum ad potestatem, etsi nondum sunt ei subiecta quantum ad executionem potestatis¹⁰⁾. Quae Christi potestas et imperium in homines exercetur per veritatem, per iustitiam, maxime per caritatem.

Verum ad istud potestatis dominationisque suae fundamentum duplex benigne ipse sinit ut accedat a nobis, si libet, devotio voluntaria. Porro Iesus Christus, Deus idem ac Redemptor, omnium est rerum cumulata perfectaque possessione locuples: nos autem adeo inopes atque egentes ut, quo eum munerari liceat, de nostro quidem suppetat nihil. Sed tamen pro summa bonitate et caritate sua minime recusat quin sibi, quod suum est, perinde demus, addicamus, ac iuris nostri foret: nec solum non recusat, sed expetit ac rogat: Fili, praebecor tuum mihi. Ergo gratificari illi utique possumus voluntate atque affectione animi. Nam ipsi devovendo nos, non modo et agnoscimus et accipimus imperium eius aperte ac libenter: sed re ipsa testamur, si nostrum id esset quod dono damus, summa nos voluntate daturos; ac petere ab eo ut id ipsum, et si plane suum, tamen accipere a nobis ne gravetur. Haec vis rei est, de qua agimus, haec Nostris subiecta verbis sententia. — Quoniamque inest in Sacro Corde symbolum atque expressa imago infinitae Iesu Christi caritatis, quae movet ipsa nos ad amandum mutuo, ideo consentaneum est dicare se Cordi eius a iugustissimo: quod tamen nihil est aliud quam dedere atque obligare se Iesu Christo, quia quidquid honoris, obsequii, pietatis divino Cordi tribuitur, vere et proprie Christo tribuitur ipsi.

Itaque ad istiusmodi devotionem voluntate suscipiendam excitamus cohor-

⁶⁾ Coloss. I, 13. — ⁷⁾ I. Tim. II, 6. — ⁸⁾ I. Petr. II, 9. — ⁹⁾ Tract. 120 in Ioan. —

¹⁰⁾ 3a p. q. 59, a. 4.

tamurque quotquot divinissimum Cor et noscant et diligent: ac valde velimus, eodem id singulos die efficere, ut tot millium idem voventum animorum significaciones uno omnes tempore ad caeli templa pervehantur. — Verum numne elabi animo patiemur innumerabiles alios, quibus christiana veritas nondum affulsit? Atqui eius persona geritur a Nobis, qui venit salvum facere quod perierat, quiue totius humani generis saluti addixit sanguinem suum. Propterea eos ipsos qui in umbra mortis sedent, quemadmodum excitare ad eam, quae vere vita est, assidue studemus, Christi nuntiis in omnes partes ad erudiendum dimisis ita nunc, eorum miserati vicem, Sacratissimo Cordi Iesu commendamus maiorem in modum et, quantum in Nobis est, dedicamus. — Qua ratione haec, quam cunctis suademus, cunctis est profutura devotio. Hoc enim facto, in quibus est Iesu Christi cognitio et amor, ii facile sentient sibi fidem amoremque crescere. Qui, Christo cognito, praecepta tamen eius legemque negligunt, iis fas erit e Sacro Corde flammam caritatis arripere. Iis demum longe miseris, qui caeca superstitione conflictantur, caeleste auxilium uno omnes animo flagitabimus, ut eos Jesus Christus, sicut iam sibi habet subiectos secundum potestatem, subiiciat aliquando secundum executionem potestatis, neque solum in futuro saeculo, quando de omnibus voluntatem suam implebit, quosdam quidem salvando, quosdam puniendo,¹¹⁾ sed in hac etiam vita mortali, fidem scilicet ac sanctitatem impertiendo; quibus illi virtutibus colere Deum queant, uti par est, et ad sempiternam in caelo felicitatem contendere.

Cuiusmodi dedicatio spem quoque civitatibus assert rerum meliorum, cum vincula instaurare aut firmius possit adstringere, quae res publicas natura iungunt Deo. — Novissimis hisce temporibus id maxime actum, ut Ecclesiam inter ac rem civilem quasi murus intersit. In constitutione atque administratione civitatum pro nihilo habetur sacri divinique iuris auctoritas, eo proposito ut communis vitae consuetudinem nulla vis religionis attingat. Quod huc ferme recidit, Christi fidem de medio tollere, ipsumque, si fieri posset, terris exigere Deum. Tanta insolentia elatis animis, quid mirum quod humana gens pleraque in eam inciderit rerum perturbationem iisque iactetur fluctibus, qui metu et periculo vacuum sinant esse neminem? Certissima incolumentis publicae firmamenta dilabi necesse est, religione posthabita. Poenas autem Deus de perduellibus iustas meritasque sumpturus, tradidit eos suae ipsorum libidini, ut serviant cupiditatibus ac sese ipsi nimia libertate confiant.

Hinc vis illa malorum quae iamdiu insident, quaeque vehementer postulant, ut unius auxilium exquiratur, cuius virtute depellantur. Quisnam autem ille sit, praeter Iesum Christum Unigenitum Dei? Neque enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri¹²⁾. Ad illum ergo configiendum, qui est via, veritas et vita. Erratum est: redeundum in viam: obductae mentibus tenebrae: discutienda caligo luce veritatis: mors occupavit:

¹¹⁾ S. Tom. 1 c. — ¹²⁾ Act. IV, 12. —

apprehendenda vita. Tum denique licebit sanari tot vulnera, tum ius omne in pristinae auctoritatis spem revirescat, et restituentur ornamenta pacis, atque excident gladii fluentque arma de manibus, cum Christi imperium omnes accipient libentes eique parebunt, atque omnis lingua confitebitur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris³⁾

Cum Ecclesia per proxima originibus tempora caesareo iugo premeretur, conspecta sublime adolescenti imperatori crux, amplissimae victoriae, quae mox est consecuta, auspex simul atque effectrix. En alterum hodie oblatum oculis auspiciatum divinissimumque signum: videlicet Cor Iesu sacratissimum, superimposita cruce, splendidissimo candore inter flamas elucens. In eo omnes collocandae spes: ex eo hominum petenda atque expectanda salus.

Denique, id quod praeterire silentio nolumus, illa quoque caussa, privatum quidem Nostra, sed satis iusta et gravis, ad rem suscipiendam impulit, quod bonorum omnium auctor Deus nos haud ita pridem, periculo depulso morbo, conservavit Cuius tanti beneficii, auctis nunc per Nos Sacratissimo Cordi honoribus, et memoriam publice extare volumus et gratiam.

Itaque edicimus ut diebus nono, decimo, undecimo proximi mensis Iunii, in suo cuiusque urbis atque oppidi templo principe statae supplicationes fiant, perque singulos eos dies ad ceteras preces Litaniae Sanctissimi Cordis adiificantur auctoritate Nostra probatae: postremo autem die formula Consecrationis recitetur: quam vobis formulam, Venerabiles Fratres, una cum his literis mittimus.

Divinorum munerum auspicem benevolentiaeque Nostrae testem vobis et clero populoque, cui praeestis, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XXV. Maii, An. MDCCCLXXXIX,
Pontificatus Nostri vicesimo secundo.

LEO PP XIII.

* * *

AD SACRATISSIMVM COR IESV

FORMVLA CONSECRATIONIS RECITANDA.

Iesu dulcissime, Redemptor humani generis, respice nos ad altare tuum humillime provolutos. Tui sumus, tui esse volumus; quo autem Tibi coniuncti firmius esse possimus, en hodie Sacratissimo Cordi Tuo se quisque nostrum sponte dedicat. — Te quidem multi novere numquam: Te, spretis, mandatis tuis, multi repudiarunt. Misericordia utrorumque benignissime Iesu: atque ad sanctum Cor tuum rape universos. Rex esto, Domine nec fidelium tantum qui nullo tempore discessere a Te, sed etiam prodigorum filiorum qui Te reliquerunt: fac hos, ut domum paternam cito repeatant, ne miseria et fame pereant Rex esto eorum,

³⁾ Pnil. II, 11.

quos aut opinionum error deceptos habet, aut discordia separatos, eosque ad portum veritatis atque ad unitatem fidei revoca, ut brevi fiat unum ovile et unus pastor. Rex esto denique eorum omnium, qui in vetere gentium superstitione versantur, eosque e tenebris vindicare ne renuas in Dei lumen et regnum. Largire Domine, Ecclesiae tuae securam cum incolumente libertatem. Largire cunctis gentibus, tranquillitatem ordinis: perfice ut ab utroque terrae vertice una resonet vox: Sit laus divino Cordi, per quod nobis parta salus: ipsi gloria et honor in saecula: amen

Cum has venerandas Apostolicas litteras de hominibus sacratissimo Cordi Jesu devovendis ad notitiam Ven. Cleri perfero, una dispono, ut his litteris convenienter in omnibus dioecesis meae parochialibus Ecclesiis, nec non in illis filialibus Ecclesiis, ubi sacra ordinarie celebrari solent, peragatur devotio in honorem SS. Cordis Jesu sequenti modo: die 9-a, 10-a, et 11-a mensis hujus mane et vespere ad salutationem Angelicam per unum quadrantem horae pulsentur campanae et tempore diei minime impedito, — vel post Missae sacrificium vel hora vespertina, — exposito in monstrantia Sanctissimo et cantato „Tantum ergo“ sacerdos cum populo fideli, praesente etiam pube scholastica, recitet litanias Sacratissimi Cordis Jesu in lingua vernacula nuper cum litteris Circularibus meis publicatas, dein cantabitur Salve Regina cum oratione conveniente, nec non de SS. Corde, denique pabitur cum Sanctissimo benedictio.

Hic ritus solemnis devotionis servetur per totum superius indicatum triduum, sed in tertia die id est 11-a Junii, finitis cum sua oratione litanis de SS. Corde Jesu, recitetur etiam formula consecrationis ad SS. Cor Jesu in litteris Encyclicis publicata et inferius lingua hungarica, germanica et slavica subnexa. Recitetur autem illa formula sacerdote praeorante et populo fideli praeorata pie repetente. Per se intelligitur s. sermonem tertia die tridui, quae est Dominica de SSMo Corde fore dicendum.

In quibus vero parochiis, ob brevitatem temporis, praescriptis hujus Encyclicae, die 4-a Junii tantum mihi intimatae, statisfieri non poterit, ibi insequentis septimana i. e. octava festi SS. Cordis Jesu, vel prout ss. Curionibus opportunius videbitur, ordine supramemorato, eadem devotio absolvenda erit.

Felajánló ima Jézus szentséges szívéhez.

Legédesebb Jézus, az emberi nem Megváltója, tekints reánk, kik oltárod előtt leborulunk. Tieid vagyunk, tieid akarunk lenni; hogy azonban veled szorosabban egyesüljünk, ime ma Szentséges Szivednek mindegyikünk önként felajánlja magát. — Sokan téged sohasem ismertek: sok in, megvetvén parancsaiddat, elutasítottak. Legkegyesebb Jézus, könyörülj mindenzen: és vond mind szent szivedhez. Urunk, légy királya nemcsak hivéidnek, kik Téged soha el nem hagytak, hanem tékozló

fiaidnak is, kik megvetettek : tedd, hogy atyai házadat rögtön felkeressék, hogy nyomorúságukban és éhségükben el ne veszzenek. Légy királya azoknak is, kiket elméisük tévedése tart fogva, vagy a visszavonás választ el töled és vezesd öket az igazság révébe, s a hit egységére hív vissza, hogy legyen csakhamar egy akol és egy pásztor. Légy királya végre mindeneknek, kik a népek ős pogányságában vannak, és ne tagadd meg tőlük Isten villágosságát és országát. Adj, Uram Egyházadnak sérhetetlen biztos szabadságot, a töd minden népnek a rend nyugalmát : s tudd, hogy a föld minden két sarkáról ez egy szó visszhangozzék : Legyen dicsőség az isteni Szivnek, mely által született az üdvösség : neki legyen dicséret és tisztelet mindenrőkké. Amen.

Weihformel an das heiligste Herz Jesu.

Süssester Jesu, Erlöser des Menschengeschlechtes, blicke auf uns, die wir in Demuth an deinem Altare knieen. Dein sind wir, dein wollen wir sein; damit wir aber fester mit dir verbunden sein können, siehe darum weicht sich ein jeder von uns heute freiwillig deinem heiligsten Herzen. — Dich haben zwar viele noch niemals erkannt: dich haben viele unter Verachtung deiner Gebote von sich gestossen. Erbarme dich beider, gütigster Jesu, und ziehe sie alle an dein heiliges Herz. Sei König, o Herr, nicht nur der Gläubigen, die niemals von dir sich entfernt haben, sondern auch der verlorenen Söhne, die dich verlassen haben: mache, das diese dem Vaterhaus baldigst zueilen, damit sie nicht an Elend und hunger zugrunde gehen. König sei derjenigen, welche Irrlehren getäuscht haben oder die Zwietracht trennte, rufe sie zurück zum Hafen der Wahrheit und zur Einheit des Glaubens, dass bald sei Ein Schafstall und Ein Hirt. König sei endlich aller Jener, die im alten Wahne des Heidenthums leben, und verweigere nicht, dass sie der Finsternis entrissen und zu deinem Lichte und deinem Reiche geführt werden. Verleihe, o Herr, deiner Kirche eine sichere und unverletzte Freiheit; verleihe allen Völkern Ruhe und Ordnung; mache, dass von jeder Erdhälfte ein Ruf ertöne: Lob sei dem göttlichen Herzen, durch das uns Heil geworden, ihm sei Ruhm und Ehre in Ewigkeit. Amen.


Obrazac o namjeni ili posveti Presvetomu Srcu J̄susovomu.

Isuse preslatki Odkupitelju pokolenja covječanskoga na nas pred oltarom tvojim u svoj poniznosti klečeće, tvoji smo, tvoji hoćemo da budemo, da čim čvršće s Tobom sjedinjeni budemo, evo danas se svaki nas Presvetomu srcu Tvojemu svojevoljno posvećuje — Tebe mnogi nikada u istinu ne poznaše: Tebe mnogi prekršiv tvoje zapoviedi od sebe ukloniše, smiluj se njima preblagi Isuse, i privuci sve svetomu Srcu tvojemu. Gospodine budi Kralj, 'ne samo vjernih, koji su se od Tebe u ovo doba odvratili,

nego i rasmetnih sinova, koji su Tebe ostavili, dopusti da se ovi čim prije u kući očinsku povrate, da ne propadnu s nevolje i od glada. Njihov si kralj, koje je krivo mienje zavaralo, ili nesloga odciepila nje u crkvu istine i jedinstvo vjere privedi, da postanu jedna ovčarna i jedan pastir. Budi kralj svim onima, što još čame u starom poganskom praznovjerju, i dostoј se privesti iz tmine u svjetlo i Kraljestvo Božje. Udieli Gospodine crkvi svojoj podpunu i postojanu slobodu, udieli svim narodima pravi mir; izvedi, da se sa oba kraja zemlje prozuji rieč: Bila slava Božanskomu Srcu, što nam pribavi spas, njemu slava i počast u vieke: Amen.

Quinque-Ecclesiis, 5. Junii 1899.

† Samuel m. p.
episcopus.



IX.

LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

VNIVERSIS CHRISTIFIDELIBVS PRAESENTES LITTERAS INSPECTVRIS

2294. SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.
1899.

